¶ Nota ꝙ quodlʒ signū habʒ nouē nouenas ex quib⁹ mars habet nouenā primā arietis. venus scdam: ⁊ sic deinceps. Pro intellectu tn̄ tabule nouenarū est notandū ꝙ sapiētes indi diuiserūt quodlʒ signū in nouē partes q̄s vocauerūt nouenas eo ꝙ quelʒ cōtinet nonā ꝑtem vni⁹ signi. s. tres grad⁹. ⁊ ētiā partē vni⁹ videlʒ. 20. minu. Prima itaqȝ nouena arietis daᵗ marti ⁊ mars ipsi dominaᵗ. Secūda daᵗ veneri ⁊ sic deinceps: vt patʒ in figura subsequēti nouenarū. Et habet dn̄s nouene siliter sicut et dn̄s hore: vnam fortitudinem essentialem min⁹ principalem: dn̄s tn̄ hore preferᵗ in fortitudine dn̄o nouene. Et sic si aliquis horꝝ dn̄oꝝ duoꝝ sit in ascen̄. vel in aliquo angulo vel in domo rei quesite duplicaᵗ ei fortitudo siue ad bonū siue ad malū. Exempli gratia si aliq̄s illoꝝ esset in domo mortis q̄ōne facta de morte validi⁹ esset indiciū mortis: ⁊ fortitudo dn̄i hore pōt esse sicut fortitudo dn̄i ascēden̄. verbi gratia si questio esset hora iouis ⁊ iupiᵗ esset in virgine in opposito dom⁹ sue scʒ piscium: ⁊ virgo esset ascendēs tribuereᵗ ioui dn̄o hore quasi virtus domus iouis scʒ. 5. testimonioꝝ qꝛ dominus hore esset in ascenden̄.

Tabula nouenarum

	1	2	3	4	5	6	7	8	9
¶ Aries	♂	♀	☿	☾	☉	☿	♀	♂	♃
¶ Thaurus	♀	☿	☾	☉	☿	♀	♂	♃	♄
¶ Gemini	☿	☾	☉	☿	♀	♂	♃	♄	♄
¶ Cancer	☾	☉	☿	♀	♂	♃	♄	♄	♃
¶ Leo	☉	☿	♀	♂	♃	♄	♄	♃	♂
¶ Uirgo	☿	♀	♂	♃	♄	♄	♃	♂	♀
¶ Libra	♀	♂	♃	♄	♄	♃	♂	♀	☿
¶ Scorpius	♂	♃	♄	♄	♃	♂	♀	☿	☾
¶ Sagittarius	♃	♄	♄	♃	♂	♀	☿	☾	☉
¶ Capricornus	♄	♄	♃	♂	♀	☿	☾	☉	☿
¶ Aquarius	♄	♃	♂	♀	☿	☾	☉	☿	♀
¶ Pisces	♃	♂	♀	☿	☾	☉	☿	♀	♂

Tabula terminoꝝ s̄m Ptholomeū: ⁊ egiptios.

¶ Aries	♃	6	♀	6	☿	8	♂	5	♄	5
¶ Thaurus	♀	8	☿	6	♃	8	♄	5	♂	3
¶ Gemini	☿	6	♃	6	♀	5	♂	7	♄	6
¶ Cancer	♂	7	♀	6	☿	6	♃	7	♄	4
¶ Leo	♃	6	♀	5	♄	7	☿	6	♂	6
¶ Uirgo	☿	7	♀	10	♃	4	♂	7	♄	2
¶ Libra	♄	6	☿	8	♃	7	♀	7	♂	2
¶ Scorpius	♂	7	♀	4	☿	8	♃	5	♄	6
¶ Sagittarius	♃	12	♀	5	☿	4	♄	5	♂	4
¶ Capricornus	☿	7	♃	7	♀	8	♄	4	♂	4
¶ Aquarius	☿	7	♀	6	♃	7	♂	5	♄	5
¶ Pisces	♀	12	♃	4	☿	3	♂	9	♄	2

Tabula terminoꝝ ſm̄ Allʒibicium.

Aries	♃	6	♀	6	☿	8	♂	5	♄	5
Thaurus	♀	8	♂	3	☿	6	♃	8	♄	5
Gemini	☿	6	♄	6	♃	6	♀	5	♂	7
Cancer	♂	7	♄	4	♀	6	☿	6	♃	7
Leo	♃	6	♂	6	♀	5	♄	7	☿	6
Virgo	☿	7	♄	2	♀	10	♃	4	♂	7
Libra	♄	6	♂	2	☿	8	♃	7	♀	7
Scorpius	♂	7	♄	6	♀	4	☿	8	♃	5
Sagittarius	♃	12	♂	4	♀	5	☿	4	♄	5
Capricornus	☿	7	♂	4	♃	7	♀	8	♄	4
Aquarius	☿	7	♄	5	♀	6	♃	7	♂	5
Pisces	♀	12	♄	2	♃	4	☿	3	♂	9

Tabula facierum.

Aries	♂	10	☉	10	♀	10
Thaurus	☿	10	☾	10	♄	10
Gemini	♃	10	♂	10	☉	10
Ecaner	♀	10	☿	10	☾	10
Leo	♄	10	♃	10	♂	10
Virgo	☉	10	♀	10	☿	10
Libra	☾	10	♄	10	♃	10
Scorpius	♂	10	☉	10	♀	10
Sagittarius	☿	10	☾	10	♄	10
Capricornus	♃	10	♂	10	☉	10
Aquarius	♀	10	☿	10	☾	10
Pisces	♄	10	♃	10	♂	10

Argumentū ſexti capl'i ſc'de dr̄ie.

Sextū capl'm ē de quibuſdā virtutib' accidētalibus ſeptē planetarū per quas influētie eorum fortificantur.

Vires accidētales ſtellarū ſiue planetarū habētur multis modis. Primus eſt ꝙ ſtella ſeu planeta ſit in angulo vel in ſuccedēti aut ꝙ aſpiciat aſcendens. ſecūdus eſt quando planeta eſt in quadam ſua dignitate vr̄puta ſui gaudij: vt verbi gratia mercurius gaudet in aſcendēte. luna in tertia domo ab aſcēdeñ. Venus in quinta. Mars in ſexta. Sol in nona. Jupiter in vndecima. Saturnus in duodecima. Preter iſtum modū gaudij planetarum eſt alter modus: vt verbi gratia ſol gaudet in triplicitate ignea. ſimiliter mars qr̄ conuenit complexioni ſue. Luna dicitur gaudere ſeu gratulari in triplicitate aquea. Jupiter et venus in triplicitate aerea. Saturnus in triplicitate terrea. Alter modus gaudendi eſt quando planeta eſt in dignitate amici ſui vel amice. verbi gratia. ponat̄ ꝙ iupiter ſit in tauro qui eſt domus veneris gaudet: quia eſt in domo amice ſue: et ſic deinceps. Eſt et alter modus gaudij planetarum qui dicitur eſſentialis: ⁊ eſt vt planeta ſit in altera domorum ſuarū vt ſaturnus gaudet in aquario. Jupiter in ſagittario. Mars in ſcorpione. Ven' in thauro. Mercurius in virgine. Mercurius

etiam gaudet cum fuerit orientalis in signo geminoꝝ. Etiam gaudet cum fuerit occidẽtalis in signo virginis. Rursus gaudet cum fuerit sub radijs solis non tamen combustus

¶ Unde combustio vocatur quando planeta est i radijs solis ad sextũ gradũ ante vel retro solem: sed dicitur esse sub radijs post sex gradus vsq; in quindecimũ vel ante vel post et post sex gradus euadit combustionez. Preter istos modos gaudendi. est alter modꝰ gaudendi vt planete diurni gaudent quãdo sunt orientales a sole ⁊ nocturni ecõtra quãdo sũt occidentales. similiter planete masculini diurni gaudẽt in parte celi masculina: feminini in feminina. Mercurius est cõuertibilis cũ omnibus. est enim masculinus cũ masculinis et cum femininis femininꝰ. Planete masculini sunt saturnus: iupiter: mars: et sol. Feminini luna ⁊ venus. Mercurius cõuertibilis. Tertius modus fortunioꝝ accidẽtaliũ est quãdo planeta directus vel velox est in suo cursu Quartus modus est quãdo planeta liber est a toto respectu aut coniũctione infortunata. Quintus quãdo planeta est in loco concernẽte ascendens et nõ est in descẽsu scilicet in opposito sue exaltationis: ⁊ etiam ꝙ nõ applicetur planete stanti in suo descensu. Sextꝰ modus est quando planeta est receptus.

¶ Unde notandũ ꝙ duplex est receptio: scz maior et minor. maior est quãdo vnus planeta iũgitur alteri per corpus aut per aspectum aut per applicationem et vnus eorũ est in domo alterius vel in exaltatione que sunt maiores dignitates essentiales. tunc ille cuiꝰ est domus vel exaltatio recipit alium quasi in suo hospitio. et hec receptio est perfecta ⁊ optima. et vbicunq; est talis receptio necessariuz est vt fiat res vel significatio sequentiũ ad bonuz: et si aliũde deberet esse malum diminuit malum sicut accidit in figura celi facta sup principio egritudinis cuiusdaz notabilis mercatoris ciuitatis vienneñ. in qua dominꝰ domus mortis erat vna cum domino ascendentis in ascendẽte: videlicet post ipsum ad tertium gradũ: ita ꝙ ascendens erat domus domini ascendentiſ. quare euasit ab egritudine. alˀs enim quia dominus domus octaue fuit in ascendeñ. et quia ipse iunctus erat domino ascendeñ. signuz fuisset mortis. Receptio minor est que fit dum vnus eorum qui se aspiciunt est in aliqua de minoribus dignitatibus essentialibꝰ q̃ sunt triplicitas terminꝰ ⁊ facies. Septimus modus est quãdo planete masculini scz saturnus: iupiter: et mars sunt orientales scz dum de mane surgunt supra terraz ante solem: nam tunc fortiores sunt. et planete feminini scilicet venus mercuriꝰ et luna quãdo sunt occidẽtales scz quando occidũt post solem. Octauus modus est quando planete masculini sunt supra terrã de die in signo masculino: et in quadra celi masculina: ⁊ de nocte sub terra in signo feminino: ⁊ planete feminini de die sint subtus terram ⁊ in signo femino et de nocte super terram. Nonus est quãdo planeta est et manet in signo fixo. Decimus est quãdo est cum sole in eodem gradu infra. 16. minuta. imo per omnem aspectũ planetarum ad solem quiuis planeta fortificatur si aspiciat solem. nõ tamen bonificatur per omnem aspectũ ad solem: quia per quartum aspectum et oppositum ad solem ipsorũ influentia deterioratur: et quãdo planete sic fortificati sunt cumulant bonũ. et quãdo planete fortificati sunt in dignitatibus bonorum planetarum minuitur malicia ipsorum. verbi gratia mars et saturnus si sint in primis duodecim gradibus pisciũ qui sũt termini iouis diminuitur malitia ipsorum: et sic intelligitur de alijs dignitatibus planetarum bonorum puta de domo: exaltatione et sic de alijs.

¶ Considerandum circa presentis capituli declaratione de quibusdam accidẽtibus planetarum: quorum vnum est coniunctio et est quãdo duo planete sunt in eodez gradu eiusdem signi: aspectus sunt quattuor: scz oppositus q̃ est publice vel perfecte inimicicie. Quartus occulte et palliate inimicicie. Trinus perfecte amicicie. Sextilis medie amicicie. Aspectus qui fuerint retro fortiores sunt illis qui fuerint ante in eodem genere: et durant aspectus tantum ꝙtum radij. Quis planeta vsq; in finẽ orbˀ sui luminis extendit radios suos. Unde orbis solis habet quindecim gradus ante et quindecim gradus retro. Orbis lune habz duodecim gradus ante ⁊ duodecĩ gra. retro. Orbis saturni habet nouẽ ante: et tot retro. Orbis iouis nouem ante et tot retro: sicut saturnus. Orbis martis octo ante: ⁊ totidem retro. Orbis veneris sex añ ⁊ totidẽ retro Mercurij aũt orbis habet .4. ante ⁊ totidez

retro. Et qñ planeta radios alteri⁹ ingreditur tunc dicit illi appropinquare seu ipsum accedere. Unde notandū est ꝙ planeta iferior appropinquat suo superiori ⁊ eidē coniūgitur ⁊ applicatur ⁊ nō ecōtra: ideo saturnus nulli cōiungitur: sed oēs alij ipsi. ¶ Et intelligendū est ꝙ fortitudo planetarū q̄ttuor modis principalibus fit: ex quo⁊ mutua habitudine ipa fortitudo auget vel minuitur: videlicet cōiunctione sepatione aspectu ⁊ accessu. ¶ Sepatio est inferioris planete a supiore aspectu vel cōiunctione ꝓgressus seu recessus. Accessus est ecōtra. Applicatio est ꝓprie infra per coniūctionē vel aspectu: ⁊ postq̄ recedit ab illo gra. sepatur a planeta supiore. Et plāeta fortior est sub luce q̄ qñ est combustus.

Argumentū septimi capli scōe drie.

¶ Septimū capitulū ē de detrimēto īfluētiarū .6. planetarū in generali: ⁊ de luna in spāli. latius q̄tum ad vtrāq̄ influentiam: ⁊ circa hoc ponūtur tabule ad ꝓpositum facientes.

Planete infortu

nant modis multis. Primo .5. planete preter solē ⁊ lunam. patiunt retrogradationē: ⁊ veniēdo ad retrogradationem efficiūtur debiles ⁊ veniēdo ad stationē primā vsq̄ ad mediū retrogradatōis sunt peiores influentie q̄ a medio retrogradationis vsq̄ ad stationē secūdam. Item planete boni ifortunātur p cōiunctionē vel oppositionē malor: videlicet saturni ⁊ martis. Item in quarto aspectu eorūdem infortunant. Item infortunātur boni planete in terminis malo⁊ ⁊ in fine signo⁊ qui semper sunt termini malorū. Silr in domib⁹ malo⁊ ⁊ in dignitatib⁹ malo⁊ q̄buscūq̄. Item ifortunāt boni planete inter duos malos ⁊ dicūtur obsessi: hoc ē qñ bon⁹ planeta sepatur a malo ⁊ ꝯiungitur alteri malo. Item qñ mali sūt eleuati sup bonos in ecētrico vel epiciclo vel in septentrione. ⁊ multo deterius est si illi mali nō recipiāt bonos. Itē infortunātur planete in cōbustione solis ⁊ in opposito solis ⁊ in quadrato solis ⁊ in capite sui draconis ⁊ cauda: ⁊ in capite ⁊ cauda draconis lune. Luna specialiter infortunat in capite sui draconis vel in cauda añ vel post. infra .12. gra. Sol infra .4. gra. ipsius capitis et caude draconis lune. Ven⁹ ⁊ mercurius īfra tres gra. alij planete in eodē gra. Item planeta impedit cum fuerit cadens ab angulo vel in via cōbusta que est a .13. gra. libre vsq̄ ad .9 scorpionis inclusiue. Itē planeta impeditur qñ est tardus in suo cursu: verbi gratia de luna. luna mouet medio motu in die naturali p 13. gradus: ⁊ decē minuta, cū quibus sō scōis: si luna nō moueat nisi .13. gra. vel .12. in die naturali tūc dicit tarda in suo motu ⁊ debilitat eius influētia. ita dicitur de omnib⁹ planetis si medi⁹ motus eo⁊ in die naturali sit maior vero motu. ¶ Item planete masculini debilitātur in signis feminis ⁊ in quadris femis: et ecōtra planete femini debilitātur in signis masculinis: ⁊ in quadris masculinis. ¶ Ite planete diurni debilitātur si ī die sint sub terra ⁊ in nocte supra terrā. et nocturni ecōuerso. ¶ Itē oīs planeta debilitat in oppositione sue dom⁹ vel aliarū suarū dignitatū. Itē planete infortunātur descendeñ. ad meridiē. Item oīs planeta infortunatur quādo cōiūgitur retrogrado vel cōbusto vel qui est in casu suo vel in cadenti ab anglo. Item vt sint tres supiores occidētales a sole et tres inferiores orientales impediūtur. Item vt sint in gradibus malis vel nō conuenientibus: vt planeta masculus in gradu femino: ⁊ ecōtra et isti debilitationū modi seu infortuniorum: possent poni ordinarie: q2 prim⁹ est fortior in infortunio omnib⁹ alijs sequētibus: et sic de singulis. Ite nota ꝙ planeta retrogradus in domo fortune vel in terminis fortune vel in alia dignitatate est min⁹ malus ⁊ minus ledit: q̄ in domo mali seu in alia dignitate mali et ista sufficiant de impedimentis planetarū in generali. ¶ Quia vero luna media est iter istū mundū inferiorē ⁊ planetas supiores atq̄ stellas: ideo magis nobis apparet effect⁹ ei⁹: ⁊ ideo de ipedimētis lune quoad influentiā supra res istas iferiores spāliter est loquēdu. vnde .10. sunt cōes modi infortunij lune q̄s ātiqui sapiētes enūerauerūt. pmus est ne sit ꝯbusta añ solē p .12. g. ⁊ post ip3 silr: ꝫ leui⁹ ē p⁹ ip3. Scōs ē ne sit in g. descen. sue. Terti⁹ ne sit in oppōe sol. Quart⁹ ne sit iūcta mal' āt in latitudīe quarti aspect⁹ eo⁊ vel oppōis. Quint⁹ est ne sit cū capite vel cauda vel ifra 12. gra. qui est termin⁹ eclips. Sext⁹ ne sit ī vltimis g. signi q̄ sūt termi malo⁊. Septim⁹ ne sit cadēs ab angul' aut in via cōbusta q̄ est libre finis ⁊ iitiū scorpiōis: ⁊ hoc ē deteri⁹ qd sit

ex impedimẽtis lune: ꝛ maxime si fuerit ince ptio de cõiugio vel de medicinis. Octauꝰ ne sit in .12. signo a domo sua. i. in geminis cũ ma lo: vel fuerit in oppositione domꝰ sue vel non aspiciens eam. Nonus ne sit luna cursu tardi oꝛ: ꝛ hoc est quã vocauerũt sapiẽtes similitu dinẽ cursus saturni quousqꝫ cursus eius sit i die maioꝛ trigesimo gradu: ꝛ si esset minꝰ vnũ minutũ: hoc est si fuerit cursus eiꝰ in die minꝰ medio cursu eius. esset cursu tardioꝛ vt scribi tur in libro cursuũ. Decimꝰ est quem dixerũt messehalac ꝛ sapientes tẽpoꝛis nostri hoc est cũ fuerit luna vacua cursu. ¶ Et pter istos de cem modos sunt alij modi in quibꝰ luna dicit esse infoꝛtunata: pꝛecipue ꝛ pꝛincipaliter int omnes alios modos qñ patitur eclipsiꝫ. Iste modus est peioꝛ omnibꝰ alijs: ꝛ est modꝰ iste pꝛimꝰ ante decem modos tactos ab antiquis Item secũdo impedit luna qñ est in parte ce li que nõ aspicit domũ suam scꝫ cancrũ. Ter tio infoꝛtunatur luna qñ est in tali parte celi: que pars nõ aspicit locum sue coniunctionis in qua fuit renouata a sua antiquitate cũ sole Quarto quãdo luna est obsessa iter duos ma los videlicet inter saturnũ ꝛ martem: ꝛ rece dit ab vno ꝛ coniũgitur alteri malo. Quinto quãdo luna est in domo mala celi vel in malo signo: qꝛ sicut signum turbat domum ita do mus turbat signũ ꝛ signum planetam. Septo luna in ascẽdente mala est ꝛ in octaua domo ꝛ in septa ꝛ in in duodecima ꝛ in gradibꝰ fu mosis tenebꝛosis vacuis ꝛ azemena. Septi mo qñ luna est in capricoꝛno: qꝛ est tunc in op posito domus sue ꝛ in domo inimici sui scꝫ sa turni. Octauo qñ luna est in suo cremẽto cuꝫ marte: vel in decremẽto cum saturno: ꝛ hoc in egritudinibus. ꝛ causa est quia cremẽtum lu ne iuuat ad caloꝛem ꝛ mars similiter: ideo si sit infirmitas calida istis duobus influẽtibus si mul calorẽ infirmitas est periculosa. Ita dici tur de saturno in decremẽto lune: qꝛ luna tũc est influentie frigide. ꝛ similiter saturnus est frigide influentie: ꝛ nõ est ibi temperamentũ in influentia superioꝛi: ideo eger semp est in periculo moꝛiẽdi. Nono si luna separet a do mino domꝰ octaue qui est dñs domus moꝛtis et iũgatur domino ascendentis qui est dñs vi te: transfert naturam ꝛ lumen dñi domus moꝛ tis ad dñm ascendẽ. i. transfert naturã moꝛ tis ad dñm vite ꝛ illud est vnũ signum moꝛtis et potest modus ille amplioꝛari si luna sepa ret ab aliquo malo ꝛ iũgatur domio vite trã ferendo lumen planete mali ad dominũ vite: ꝛ deteriꝰ est de sepatione lune a domino octa ue nisi esset mutua receptio inter eos: qꝛ rece ptio alleuiat malũ. ¶ Et circa hoc latiꝰ decla rando ponenda est duplex tabula de .28. mã sionibus lune. Pꝛo declaratione harũ tabula rum .28. mansionum lune breuiter est notan dũ ꝙ quãdo luna est in mala mãsione ꝛ in ma la facie planetarũ effectus inchoatus sub eis dẽ male ꝓspabitur. Item notandũ est ꝓ pꝛa ctica medicine ꝙ si medicus velit inducere in coꝛpoꝛe humano humiditatem debet attẽde re ꝙ luna sit in mãsione humida: si patiẽs ha beat tẽpus expectãdi influẽtiam celi cempe tẽtem. ¶ Item in pꝛactica cõponendi medi cinas: medicine que faciũt ad humiditatẽ de bent componi tali cõstellatione dominante in celo ¶ Item notandũ est ꝙ per eandẽ viam qui vult inducere siccitateꝫ in coꝛpoꝛe huma no: vel componere medicinas que faciunt ad siccitatem debet eligere ꝙ luna sit in mansio ne sicca. ¶ Preterea notandũ est circa pſen tes tabulas ꝙ coꝛpoꝛa sana debent regi ꝛ re gulari atqꝫ medicine cõficiẽde ꝓ obseruatiõe talium coꝛpoꝛum debent fieri luna existente in mãsionibus tenentibꝰ mediũ. i. nõ habenti bus influentiã siccitatis vel humiditatis. ꝛ est notandũ ꝙ de istis .28. mansionibus .4. sunt ꝙplurimũ male influẽtie generaliter ad om nia: ꝛ maxime in factis medicine scꝫ .3. mansio 16. 18. et. 26. mansiones.

¶ Sequũtur tabule.

Tabula.28.mansionū.lune ad octauā spheram.

		g	m	2ª			g	m	2ª		Noia	Qualitates.
1	A	0	0	0	arietis	ad	12	51	26	ariet	Alnach	Temperata.
2	A	12	51	26	ariet	ad	25	42	51	ariet	Albochain	Sicca.
3	A	25	42	51	arietis	ad	8	34	17	tauri	Achoamazonne	Humida
4	A	8	34	17	tauri	ad	21	25	43	tauri	Aldebaran	Temperata.
5	A	21	25	43	tauri	ad	4	17	9	geioz	Albachaya alimiti	Sicca
6	A	4	17	9	geioz	ad	17	8	34	geioz	Alhātiavl'alchayr	Temperata.
7	A	17	8	34	geioz	ad	0	0	0	cancri	Aldumachi	Humida.
8	A	0	0	0	cancri	ad	12	51	26	cācri	Alnaza	Temperata.
9	A	12	51	26	cancri	ad	25	42	51	cācri	Archaain	Sicca
10	A	25	42	51	cancri	ad	8	34	17	leōis	Algebh	Humida.
11	A	8	34	17	leonis	ad	21	25	43	leōis	Ardaf	Temperata.
12	A	21	25	43	leonis	ad	4	17	9	vgis	Alzarfa	Humida
13	A	4	17	9	virgis	ad	17	8	34	vgis	Alune	Temperata.
14	A	17	8	34	virgis	ad	0	0	0	libre	Achurch.vel acleymech	Tpata.
15	A	0	0	0	libre	ad	12	51	26	libre	Agrafa	Humida.
16	A	12	51	26	libre	ad	25	42	51	libre	Azubene	Sicca.
17	A	25	42	51	libre	ad	8	34	17	scorp.	Alichel	Humida.
18	A	8	34	17	scorp.	ad	21	25	43	scorp.	Alchas	Pluuial.
19	A	21	25	43	scorp.	ad	4	19	9	sagit.	Hycula vl' azāla	Pluuial.
20	A	4	17	9	sagit.	ad	17	8	34	sagit.	alymaun vl' arnaire	Humida.
21	A	17	8	34	sagit.	ad	0	0	0	cap.	Albeda	Temperata.
22	A	0	0	0	cap.	ad	12	51	26	cap.	zodebolucch vl' zādeidena	Huida
23	A	12	51	26	cap.	ad	25	42	51	cap.	zobrach.	Teperata.
24	A	25	42	51	cap.	ad	8	34	17	aqrij	chadezoad.	Temperata.
25	A	8	34	17	aqrij	ad	21	25	43	aqrij	zadalabra	Sicca.
26	A	21	25	43	aqrij	ad	4	17	9	piscium	Fragal mocaden	Sicca.
27	A	4	17	9	piscium	ad	17	8	34	piscium	Alfalgalmoad	Sicca.
28	A	17	8	34	piscium	ad	0	0	0	ariet	Alchue	Temperata.

Tabula.28.mansionũ lune ad nonã sphẽram.

		g	m			g	m		Noia	Qualitates.
1ª	A	10	20	arietis	ad	23	11	arietis	Cornua arietis	Medium.
2	A	23	11	arietis	ad	6	3	tauri.	Venter arietis	Sicca
3	A	6	3	tauri	ad	18	54	tauri	Caput tauri	Humida
4	A	18	54	tauri	ad	1	46	geior	Oculus tauri	Medium.
5	A	1	46	geior	ad	14	37	geior	Caput canis	Sicca.
6	A	14	37	geior	ad	29	29	geior	Sydus paruũ.	Medium.
7	A	27	29	geior	ad	10	20	cancri	Brachium leonis	Humida.
8	A	10	20	cancri	ad	23	11	cancri	Nebulosa	Medium
9	A	23	11	cancri	ad	6	3	leonis	Oculus leonis	Sicca.
10	A	6	3	leonis	ad	18	54	leonis	Frons	Humida.
11	A	18	54	leonis	ad	1	46	vginis	Capillus	Medium.
12	A	1	46	virg.	ad	14	37	vginis	Cauda leonis	Humida.
13	A	14	37	virg.	ad	27	29	virg.	Canis	Medium.
14	A	27	29	vginis	ad	10	20	libre	Spica volans	Medium
15	A	10	20	libre.	ad	23	11	libre	Coopertum volãs	Humida.
16	A	23	11	libre	ad	6	3	scorpi.	Cornua scorpij	Sicca.
17	A	6	3	scorp.	ad	18	54	scorp.	Corona scorpij	Humida.
18	A	18	54	scorp.	ad	15	46	sagitt	Cor scorpij	Pluuialis.
19	A	1	46	sagitt	ad	14	37	sagitt	Cauda scorpij	Pluuialis.
20	A	14	37	sagitt	ad	27	29	sagitt	Turbis	Humida.
21	A	27	29	sagitt	ad	10	20	capcor.	Desertum	Medium.
22	A	10	20	capcꝗ.	ad	23	11	capricꝗ.	Pastor	Humida
23	A	23	11	capricꝗ	ad	6	3	aqrij	Glutiens	Medium
24	A	6	3	aqrij	ad	18	54	aqrij	Sydus fortune	Medium
25	A	18	54	aqrij	ad	1	46	piscũ	Papilio	Sicca
26	A	1	46	piscũ	ad	14	37	piscũ	Hauriens primus	Sicca.
27	A	14	37	piscium	ad	27	29	piscũ	Hauriẽs scđs	Sicca.
28	A	27	29	piscium	ad	10	20	arietis	Pisces	Medium.

Argumentũ tertie drie ⁊ eius primi capli.

¶ Tertia differẽtia ẽ de inquisitione a qua radica puenıat epidimia ⁊ mors in hominibus ⁊ plus vno tẽpore ꝙ alio: ⁊ de modis cognoscendi ⁊ pronosticandi cursu nature ⁊ influẽtia celi mortem vel vitam egro.

¶ Primũ autem huius tertie differẽtie capitulum est de distinctione ⁊ cognitione radicũ epidimialiũ. Et radix quo ad propositũ põt assignari quadruplex: duplex supior ⁊ duplex inferior. Prima radix superior est voluntas diuina iuste puniens hoĩes. Scđa radix superior est corpus celeste influens letaliter. Tertia radix que est prima inferior est fetor inficiens organũ per aerem corruptũ circũdando nos totaliter. Quarta radix que est secũda inferior est indebitus modus viuendi per excessum cibi ⁊ potus ⁊ aliarũ superfluarũ occupationũ carnaliũ ⁊ nimie tristicie ⁊ sollicitudinis et de istis quattuor radicib⁹ aliquid scribetur ad ppositum deo dante. Caplm primũ.

Circa materiam primi capituli hu⁹ tertie differẽtie est videndum de radicibus epidimialib⁹ et fuit dictũ ꝙ radix potest esse quadruplex duplex inferior ⁊ duplex superior vt dictũ est supius in positione fundationis istius tertie differẽtie: sed anteꝙ pceda

tur ad eius spālem inquisitionē. videndū ē de quadā pnosticatione in generali ꝛ instinctu naturali que reperit̃ hic inferi⁹ in multis viuētib⁹. ad clarius elucidandū materiā iquisitionis causarū epidimialiū p qua noticia habēda inchoatus est p̄sens tractat⁹ iste. Et circa multiplices vias quibus a largo donatore tribuit̃ futurorum euētuum noticia. ꝛ queꝺ elegās dispositio nature receptionis sōniorū ab īfluētia celi causata hora ꝛ pūcto natiuitat̃ hominū aliquor qui q̄diu viuerent supra terrā eor sōnia vera erunt: vtputa si saturn⁹ sit in nona domo celi fortunat⁹ in suis dignitatib⁹ nō retrograd⁹ neq combust⁹ nec in casu suo ꝛ maxime fortificabit̃ dispositio nati: si mercurius aspiciat eū beniuolo aspectu ꝛ receptus sit a saturno: ꝛ si respiciēs dispositionem īfluentie sit suis tēporibus scientificus et prudēs et dn̄s suarū cupiditatum apparebit talis q̄si ppheta inter hoīes. Rursus in somnijs seclusa celi influentia imprimūtur a deo vel ab angelo mandato dei in sola vi anime ꝛ in parte intellectiua species rerū ostendētium q̄plurima futura ꝯtingētia in visione noctis vt dicit text⁹ sacre scripture de Daniele ꝛ de multis alijs pphis: ꝛ hec via secūda per quā quibusdā cōceditur futuror noticia est longe securior ꝛ excellentior prima. Si reducam⁹ ad memoriā vias naturales ꝛ licitas pnosticādi futura que olim fuerūt cōcesse aliquib⁹ eleuatis hominib⁹ in vigilia siue sōnijs naturali instinctu: forte quibusdā videbit̃ mirandum. Uerū tamē si illud brutis datū est. vt ouis lupū quē nūq̄ al's vidit cognoscat inimicū: q̄to plus homo intellectualis brutale aīal debz isti c tu nature excellere ꝛ inimica atq nociua pcognoscere fugere ꝛ vitare. Et si obijciat̃ ratione experiētie que rerū est magistra q̄plurima animalia excedūt gradualiter in potentijs sensitiuis potentiā sensitiuā regulati hoīs: vt aq̄la limpidius ꝛ clarius videt omni homine: ꝛ canis in olfactu excedit hoīem: ꝛ sic de multis alijs aīalibus tam in auditu q̄ in alijs sensib⁹ excedunt hominis operatiōem via iam dicta: mirū nō esse debet de sensib⁹ si aliqua aīalia gradualiter excedūt in his hoīem: sed mirum esse debet si in sola vi anime aīal brutū excedat hoīem: vt instinctu nature ꝛ in pnosticando futura periculosa sibi imminētia. Et in mari q̄plurimi pisces presentiūt tempestatē futurā ꝛ de primo nodū apparentem in aere: ꝛ fugiūt ad inferiores partes maris se tuendo in stagnis ꝛ aquis dulcib⁹. Pisces dicti lucij presentiūt tempestatē anteq̄ veniat ꝛ fugiūt ad partem inferiorē aque in roborando se in vno cuneo capitib⁹ submissis inferi⁹ versus partem terre ꝛ caudis eleuatis superi⁹ exponendo totum corp⁹ p custodia capitis sagacitate nature eis cōcessa a creatore: oīa manutenēte ꝛ cōseruante: ꝛ si tanta industria reperiatur in nō habētib⁹ aīam rationalē: q̄to maior debet reperiri in homine rationali ꝛ de facto reperit̃: ꝛ adhuc fuit reperta ꝑm magis ꝛ minus in viris eleuatis ꝛ segregatis a mūdanis cupiditatib⁹ que cupiditates q̄plurimū impediūt naturā a precognitione ꝛ iudicio futuror. ¶ Et est notandū q̄ p materiam habemus noticiā de re dubiā. p formam vero certā. Forma ergo in cōsideratōe rerū est attēdenda vt pnosticatio et presciā possit haberi discurre singulas artes ꝛ practicas scientiarū p cōsiderationē intellectualē ꝛ in omni practica repenes solertiā ꝛ subtile ingeniū pueniendi ad cognitionē. Uide artem medicorum qui suas obseruāt pronosticationes de corpore humano iudicando de rebus nō visis ꝛ latētibus in interioribus partibus corpor iudicant p signa exteriora: p vrinam: p pulsum: p sudorem: ꝛ per faciem ꝛ p q̄plurimas vias ac experientias ꝛ nō equaliter: q: alter altero videt clarius ꝛ descēdit ad iudicium particulare limpidi⁹ ꝛ secur⁹ ꝛ citi⁹ ꝑm scientiā ꝛ subtilitatē practice operantis. vide ꝛ cōsidera artes liberales ꝛ artistas in sua practica qui habent industriā perueniendi p media ad cōclusiones intētas: ꝛ si vnus artista ostendit ꝛ demonstrat ac declarat limpidi⁹ q̄ alter conclusiones per media demōstratiua: q: alter clarius intelligit altero: nec dici meret̃ artista qui semp libris inuētis vtitur ꝛ doctrina alior nihil de suo addendo ad min⁹ formā loquendi verbor. Intuere artes mechanicas ꝛ ꝯsidera per actum intellect⁹ subtilitates ꝛ ingenia q̄ de die in diē reperiūtur p operarios ad alleuiandū labores ꝛ opera: ꝛ ppendes nullū esse subtilē in sua arte sine noua inuētione. Quid loquar de laborantib⁹ toto conamine sup facto sciendi secreta nature paucis dat̃ act⁹ talia sciendi: ꝛ aliqui acq̄runt q̄plurima clare ꝛ est eis vt lumen solis ꝛ sine magno labore ex

quadā subtilitate nature. iuxta sentētiā ptho
lomei in centiloquio verbo. iij. Ille qui facit
op⁹ ex natura iueniet i sua natiuitate planetā
forte ex natura illi⁹ opis: ita in pnosticando fu
tura modo naturali siue scientifico acquisito.
eoꝝ autē qui futura pnosticant alij ex sola vi
aie quodā instinctu nature ꝛ rōe ppria talis
pticularis indiuidui talis pōt esse capax pre
sciētie epidimie de pximo future seu alterius
pestis vel incōmodi ꝛ pdicere pōt talia futu
ra ꝛ ꝙplurima remedia. ꝛ de talib⁹ multa exē
pla habem⁹ in scriptis antiquoꝝ: cui⁹ rei expe
rientia fuit sequēs magistra veritatis. alij p
nosticant futura occulta ꝛ futura signis. alij
sola interrogatiōe. alij alijs medijs mltis. hec
aūt oia operat̄ supeminenter ꝛ immediatius
vn⁹ atqꝫ idē spiritus quacunqꝫ causa secūda
diuidēs singulis put vult. alijs dat noticiā fu
turoꝝ per sciētiam mot⁹ planetarū ꝛ stellarū
ꝛ per aspect⁹ ꝛ coniunctiōes inter corpora ce
lestia. alijs dat precognoscere futura p circu
los ꝛ colores qui apparent multis ꝛ quibus
dam tēporibus in aere circa corp⁹ solis ꝛ lu
ne ꝛ alioꝝ sydērū ꝛ per cometas ꝛ radios ꝛ fi
guras in aere quādoqꝫ apparētes ꝛ p multi
plicationē pluuiarū tēpore hyemali ꝛ signis
multis alijs ex quibus sequitur doctrina.

¶ Rurs⁹ int̄ hoies ē precognitio epidimie pe
stis vel mortalitat̄ p mltas species auiū in ae
re habitantiū: vt coruus sm̄ dicta poetarū ꝛ
locutionē populariū presentit futurā mortali
tatē in suo cantu seu garritu plus solito gar
riendo sup terras ꝛ villas in quib⁹ aer est iam
infectus vel de pximo inficiēdus. aues passe
res fugiunt naturaliter aerē corruptū ex qua
fuga homies sapientes puident sibi de reme
dijs iuxta posse. vultures quodā instinctu na
ture presentiūt bella futura hoim de trāsma
rinis partib⁹ trāsferēdo ad istas ptes vel ecō
tra: ꝛ ꝙplurime alie aues ꝛ alia aialia psenti
unt incōmoda futura hoim: ꝛ in hoc ꝛ in mul
tis alijs subseruiūt homi suo modo q̄ oia sūt
facta ppt̄ hoiem ꝛ ad hoiem habēt ordinem
ꝛ hō ad deū laudandū a quo est pcognitio fu
turoꝝ ꝛ oē bonū. ꝛ si dat hoi precognitionem
epidimie anteꝗ veniat scire p causas natura
les ꝛ ppt̄ q̄d vt pōt preuidere prudēs astrolo
gus ex sua arte mai⁹ donū habꝫ ꝙ medic⁹ q̄
cognoscit q: est ꝛ qn̄ est epidimia ꝛ nō preco
gnoscit antea vt pōt cognoscere exper⁹ astro
logus: ꝛ in quib⁹ villis ꝛ regionib⁹ pncipalit̄
cadet epidimia per figuras celi ꝛ planetas si
gnificatores gentiū atqꝫ locoꝝ ꝛ patriarū: ꝛ
ista de pcognitōe in gn̄ali circa noticiā futuro
rum euentuū ꝯtingent̄ ex influētia celi depē
dentiū p quadā presuasione seu fundamēto
declaratōis capituli epidimie breuitatis cau
sa sufficiant de presenti.

De prima radice superiore.

¶ Ad clarius intelligendum precognitionē
ꝙplurimoꝝ effectuū in natura futuroꝝ scien
dum est ꝙ pma radix superiorē diuina volun
tas iuste puniens hoies de q̄ radice loquit̄ sa
cra scptura in multis locis ꝛ maxime in textu
moysi ꝛ ad ppositū Deut. 28. ca. cui⁹ text⁹ ta
lis est. Si audieris vocem dn̄i dei tui ꝛ facias
atqꝫ custodias oia mandata ei⁹ q̄ pcipio tibi
hodie faciet te dn̄s de⁹ tu⁹ excellētiorē cūctis
gētib⁹ q̄ versant̄ in terra. Venientqꝫ sup te vni
uerse bn̄dictiōes iste ꝛ apphendēt te: si tm̄ pre
cepta ei⁹ audieris. Bn̄dictus tu in ciuitate: ꝛ
bn̄dict⁹ in agro. Dat igit̄ bn̄dictiōes de⁹ ꝙplu
rimas pplo obseruāti mādata ei⁹ vt pꝫ in te
xtu moysi: ꝛ ipe dn̄s p moysen famulū suum
dat maledictiōes pplo rebelli: vt pꝫ in eodem
ca. ad ppositū: cui⁹ text⁹ biblie ibidē tal̄ ē. Q
si audire nolueris vocē dn̄i dei tui vt custodi
as ꝛ nō facias oia mandata ei⁹ ꝛ cerimonias
q̄ ego pcipio tibi: venīēt sup te maledictiōnes
iste ꝛ apphendēt te. Maledict⁹ eris in ciuita
te. maledict⁹ in agro. maledictū horreū tuum
ꝛ maledicte reliquie tue: maledict⁹ fruct⁹ ven
tris tui: ꝛ fruct⁹ terre tue: armēta boum tuoꝝ
ꝛ greges ouiū tuarū. Maledict⁹ eris ingredi
ens ꝛ maledict⁹ egrediēs. Et subdit. Adiun
gat tibi dn̄s pestilentiā donec cōsumat te de
terra ad quā egredieris possidendā. Percuti
at te domin⁹ egestate febre ꝛ frigore ardore ꝛ
estu ꝛ corrupto aere ꝛ rubigine ꝛ psequat̄ do
nec pereas. Sit celū qd̄ supra te ē eneū ꝛ terra
quā calcas ferrea. Et subdit. Percutiat te do
min⁹ vlcere egypti ꝛ partē corporis p quā ster
cora egerunt̄ scabie quoqꝫ ꝛ prurigine: ita vt
curari nequeas. Percutiat te deus amentia ꝛ
cecitate ac furore mētis: ꝛ palpes in meridie
sicut palpare solet cecus in tenebris: ꝛ nō di
rigas vias tuas: oīni tpe calūnias sustineas ꝛ
opprimaris violentia: nec habeas qui liberet
te. Vxorem accipies ꝛ alius dormiet cum ea
domū edifices ꝛ non habites in ea. plantes

vineā τ nō vindemies eam. Et subdit. Percu
t et te dn̄s vlcere pessimo in genib⁹ τ in suris
sanariq̄ nō possis a planta pedis vsq̄ ad ver
ticem tuū. Et subdit. Insup τ vniuersos lan
guores τ plagas q̄ nō sunt scripte in volumi
ne legis hui⁹ inducet dn̄s sup te donec te cō
terat τ remanebitis pauci numero qui prius
eratis sicut astra celi pre multitudine qm̄ nō
audisti vocē dn̄i dei tui. Et sicut ante letatus
est dn̄s deus sup vos bene vobis faciēs: vosq̄
multiplicans: sic letabit̄ disperdēs vos atq̄
subuertēs vt auferamini de terra ad quā in
grediemini possidendam. Et plurimas alias
maledictiones dn̄s populo rebelli preceptis
eius ꝓmittit quēadmodū exprimit̄ in eodē
textu biblie. Sed hic extracte sūt he que ma
gis ꝓposito vident̄ subseruire. alias aūt ma
ledictiōes infirmitatū talis textus moysi vbi
deus cōminat̄ plagā lepre nolētibus audire
sacerdotes. Quis ē qui egritudinibus a deo
illatis possit resistere easq̄ curare nisi humili
deuotōe deū oīm creatorē suppliciter exorās
illic eīn sopitū est oē medicine refugiū. vnde
cū maria soror moysi murmurasset cōtra moy
sen fratrē suū more multorū: indignat⁹ dn̄s fe
cit vocari moysen τ aaron fratrē suū qui quo
dāmodo erat particeps in murmuratōe τ ma
riam τ fuit eis locutus in ostio tabernaculi et
puniuit mariā faciēdo eam leprosam τ subito
apparuit candor vultus eius vt nix ex plaga
lepre τ videns aaron sororē eorū supplicauit
moysi quatinus peteret a deo τ supplicaret ꝓ
sanatione marie qd̄ τ fecit moyses τ stetit ma
ria septē dieb⁹ separata leprosa τ extra castra
octauo vō die fuit reducta ad sanitatē ꝑ oratio
nē τ intercessionē moysi. vt habet̄ Nūeri. 12. c.
In talib⁹ plagis τ pestilentijs missis a deo nō
est ad remediandū nisi humilis τ deuota orō

De secunda radice superiore.

Uiso de prima radice superiori a qua oīa
dependēt videndū est de radice supiori secū
da videlicz de corpe celi vnde celestia corpo
ra sepe influunt letalit̄ τ potestatē illā quā ha
bent planete τ corpa superiora influendo hic
inferius siue ad bonū siue ad malū totum ha
bent a deo: τ inter corpora cetera celestia sunt
duo planete qui dicuntur maliuoli: vtputa sa
turnus τ mars qui sepe inducūt ex eorum in
fluentijs pestilentias: prim⁹ ex frigore. secun
dus ex calore. ex frigore saturn⁹ reuma: leprā

que dicitur elephantia τ oīa que ex frigore
superfluo contingūt. mars inducit febres pe
stilentiales sputū sanguinis apam sub dya
fragmate τ pleuresim que ē egritudo aposte
mosa generata in pleura panniculo denso ex
materia subtili colerica. Prudens phisicus
astrologus inter cetera debet considerare in
troitum solis in arietē ad tempus quo veri⁹
poterit habere τ equare domos τ planetas.
Et ista influētia est prestantior oībus influ
entijs anni demptis cōiunctionibus superio
ribus plenetarū τ si esset aliqua magna ecli
psis: τ iste introitus solis in arietē vincit oēs
introitus solis in celestes imagines totius an
ni. debet igitur cōsiderare quo modo se habz
dn̄s sexte domus qui est dn̄s infirmitatū an
videlicet sit impeditus: τ si sit impedit⁹ erunt
infirmitates plurime iuxta naturā suaz τ sue
domus scilicz sexte. τ iste infirmitates erunt
ꝺm combinationez nature sue τ sue domus.
verbi gratia. detur q̄ saturnus esset dominus
sexte domus τ aliquod signū terreum faceret
septam domū egritudines eiusdē anni vt plu
rime essent frigide τ sicce. Ultra hoc conside
randū est q̄ si dominus sexte domus habeat
aspectum cū dn̄o domus mortis vel domin⁹
dom⁹ mortis ad eum terminabuntur vt pluri
mū tales egritudines scilz frigide τ sicce ad
mortē. Et sicut dictum est de introitu solis in
arietē ita dicendum est de coniunctionib⁹ so
lis τ lune totius anni qd̄ videlicet ipsas pru
dens phisicus τ astrologus eodē modo pro
uideat τ ꝺm naturā planete existētis in septa
domo si quis sit vel ꝺm aspectum ad istos du
os ille effectus poterit aliqualiter alterari: li
cet non omnino apocopari. Debes etiā cōside
rare si iste introitus solis in arietē vel aliqua
de coniunctionibus luminariū sit in octaua
domo tunc deterius est. Et nota q̄ si eclipsis
solis τ lune sit in aliquo angulorū natiuitatis
alicuius vel in aliquo angulorū reuolutionis
natiuitatis tūc natus pati habebit ꝺm exigē
tiam anguli: vt si fiat eclipsis i medio celi pa
tietur in honore τ fama: si in ascēdente in cor
pore τ sic de alijs. Peius tamen si fiat in ascē
dente τ inter istas eclipses peius cecidit ecli
psis solis. Et nota q̄ effect⁹ eclipsis lune eua
cuatur per decursum mensium τ ad longius
durat vno anno. Eclipses autem solis euacu
antur per decursus annorum: τ prolixius du

rant effectus eius duodecim annis. videatur hoc verbum. 24. centiloquij Ptholomei. Si petatur cur certo anno mortalitas venit sup vnum locu͂ ⁊ non super aliu͂ vicinu͂ ei. Respo͂detur ꝙ ideo quia vnusquisqꝫ locus habet signum propriu͂ ⁊ planeta͂ propriuꝫ: ⁊ est illud signu͂ alicuius loci quod erat ascendens tempore edificationis illius loci: ⁊ ille planeta est illius loci qui planeta tu͂c temporis fuerit fortior in figura celi vel qui fuit dominus ascendentiu͂: quia si illud signum constituat signuꝫ octauuꝫ vel si planeta loci sit in illa figura dominus octaue domus vel ipse sit in octaua domo tunc erit super illo loco mortalitas illa: cuius illud signum ⁊ ille planeta sunt signum vel planeta ſm infortuniu͂ ipsorum. Unde signum Viennen͂. ciuitatis est libra ⁊ planeta eius est saturnus: sicut leo est signum ciuitatis rome ⁊ sol domin' eius. Uenus est planeta ciuitatis Lugdunen͂. Si petatur quo modo scietur hoc videlicet ꝙ tale signum ⁊ talis planeta sunt talis vel talis loci. Dicendu͂ ꝙ si non sciatur initium fundationis eius vtputa positionis primi lapidis no͂ scietur nisi a posteriori per effectus ꝙ si astrologus videat ꝙ sub tali signo vel influentia talis planete fere semper aliquod euidens illi loco contingat: quod est de natura talis signi vel talis planete signum est euidens propositi. Ceteri enim astrologi capiunt iudiciu͂ anni per introitum solis in arietem ad punctum introitus solis in primu͂ minutu͂ arietis. si in figura celi que tunc erit sint planete mali in domo octaua q̄ est domus mortis dicitur eodem anno pestis iuxta conditione͂ illorum planetarum. ⁊ si luna in eodem introitu sit prope coniunctioneꝫ solis sicut potest accidere ⁊ aliqua͂do accidit infra duos vel tres aut quattuor gradus tota gens patietur ruinam ⁊ infirmitate͂ de natura lune influxam ⁊ non expectabu͂tur duo me͂ses sed satis cito post introitum ⁊ coniunctionem lune vel aliud infortunium lune: ⁊ ſm ꝙ corpora humana sunt magis tenera ⁊ capacia citius ⁊ fortius patientur ⁊ infra mensem ab introitu solis in ariete͂ ⁊ ab infortunio magno lune. Et sic de alijs lune infortunijs ſm magis ⁊ minus huiusmodi effectus apparebunt.

¶ Rursus considerande sunt magne co͂iunctiones aliorum duoꝝ planetaruꝫ: sicut verbi gratia co͂iunctio iouis ⁊ saturni fuit anno fluente d͂ni. 1425. vltima die augusti vt prememoratuꝫ est: ⁊ fuit in decimotertio gradu scorpionis ⁊ fuit mutata coniunctio de triplicitate aerea ad aquatica͂ ⁊ fuit in signo aquatico indica͂de sunt pluuie multe quas ꝯsequit̃ corporum humanoꝝ humectatio excessiua que est causa putrefactionu͂ humorum qua͂ consequitur febris ⁊ ratione excessus nimij conseq̄tur perniciosior febriu͂ species que est pestile͂tialis: ⁊ maxime quia in eadem coniunctione saturnus fuit eleuatus in septentrione͂ super iouem qui saturnus est male influentie ⁊ ſm ꝙ coniunctiones luminariu͂ veniunt in mensibus suis habendo simbolizotiane͂ cum saturno habente auctoritate͂ in eadem coniunctio͂e ſm hoc prouenit maior vel minor influentia mali de natura ipsius saturni: ⁊ ista que dicu͂tur hic sunt queda͂ generalia non descendendo ad specialia vt expedit qua͂doqꝫ i infirmitatibus ⁊ in iudicio infirmitatum ⁊ medicinarum.

De tertia radice que est p͂ma inferior.

¶ Prima radix inferior est fetor inficiens organum per aerem corruptum vel circundando localiter. Necesse na͂qꝫ est ad vite continuationem aspirare ⁊ respirare propter veheme͂tem vitalis spiritus in corde existente͂ caloreꝫ qua aspiratione: corrupto existente aere attrahuntur vapores putridi mixti aeri ad ipꝫ corinficientes spirit' vitales cordis ⁊ eisdem mixti transmittuntur singulis membris totum corpus inficiendo infectio͂e febrili cum febris sit prima passio cordis ⁊ consequenter alioru͂ membroꝝ: ⁊ hec infectio aeris circundantis nos non procedens a corpore humano corrupto aut infecto non est adeo vehemens sicut si ꝓcedat ab aliquo corpore humano infecto ⁊ hoc ratio͂e simboleitatis nature: ⁊ hec etiam est causa quare potius ab hominib' infectis inficimur ꝙ a bestijs infectis.

De quarta radice q̄ est secu͂da inferior.

¶ Secunda radix inferior est abusus rerum non naturalium scilicet cibi ⁊ potus: somni et vigilie: motus ⁊ quietis: inanitionis ⁊ repletionis accidentium anime: pariter ⁊ coitus. excessus nempe in cibo ⁊ potu fere omniu͂ nu͂c temporis co͂muniter occurrentu͂ egritudinuꝫ est causa. Quicquid namqꝫ cibi aut potus diminuto caloris naturalis d͂nio non subijcitur

penitus in egritudinis materias cōuertitur. Somni etiā multitudo corp⁹ nimia hūiditate replet vigilia aūt nimia excessiue desiccat: sic motus cōparādus ē vigilie ⁊ quies somno. q̇bus suo modo comparat̄ inanitio ⁊ repletio. inanitio nāq̧ nimia plurimū calefacit eo ꝙ calor p ipam ipi humido hūani corporis nimiū dominat̄ ⁊ exiccat ex eo ꝙ humidū rōe excessiui caloris multū cōsumit̄ nec p appositionē noui humidi restaurat̄ pure. repletio nimia nimiū infrigidat ⁊ humectat. infrigidat nāq̧ q2 calorē nostri corporis penit⁹ obtundit ⁊ suffocat: ⁊ humectat: q2 rōne paucitat̄ caloris humiditates corporis nō ꝯsumunt̄. accidētia ꝙ aie cuiusmodi sūt gaudiū timor spes ⁊ desperatio vltima alteratiōe humana corpora alterant ⁊ indisponūt. Ait em̄ arnaldus de villa noua in suis areolis simplicium medicinarum his verbis. Que medicina ē plus cōfortans ꝙ gaudiū: ⁊ q̄ plus calefaciens ꝙ ira: que pl⁹ infrigidās ꝙ tristicia: q̄ plus nutrīēs ꝙ bona spes: ⁊ q̄ plus interficiēs ꝙ despatio. Deinde coit⁹ pl⁹ cūctis reb⁹ imutat corp⁹ sup calefaciēdo in pncipio: finalit̄ nimiū infrigidādo: ⁊ cū hoc excessiue corp⁹ exsiccat. infrigidat nāq̧ p spirituū resolutionē ⁊ exsiccat p humidi naturalis depditionē. his omib⁹ obuiare possumus incōmodis per administrationē rerū naturaliū cōtrariarū dispositionū dispositionib⁹ pdictis. vt aeri corrupto remediandū est cum aere rectificato cū aromatib⁹ ⁊ ppe ad feditatem inclināntib⁹. sicut em̄ caliditas ⁊ humiditas sunt pncipia corruptiōis: sic frigidū ⁊ siccum sūt pncipia cōseruatōis ab eadē. sit itaq̧ hec rectificatio cū caphora ⁊ aspersione aque rosate mixte aceto e ptimi vini ⁊ similiū. ignis etiā precipue lignorū rosismarini ⁊ iuniperi ⁊ in corꝫ absentia lignorꝫ pini aut saltē lignorū quercuū mire huic obuiat indispositōni: ⁊ sic de ceteris fm eorꝫ ꝯtraria contemplare.

Argumētum secūdi cap. tertie differētie.

¶ Secundū capitulū ostendit quomodo reuolutio natiuitatis si constaret perito astrologo potest multa mala impedire nato que sūt possibilia ei euenire vel de facto euenirēt q̄ mala nō sūt necessaria s̄ cōtingētia cursu nature.

Circa presens capitulū est consideranda ppositio Ptholo. q̄nto sui centiloquij cum sententia cōmenti. vnde propositio talis est. Astrologus optimus multū malū prohibere pōt qd̄ fm stellas venturū est cum eius naturā presciuerit: sic em̄ pmuniet eū cui malum futurū est vt possit illud pati. ex hac propositione trahitur illud vulgare. Sapiens dominabit̄ astris. Nam vt declaratur ab haly in cōmento volente sententialiter ꝙ illud malū celestis influentie non est equale suscipiendū quia si aliquis sit dispositus a natura ex influentia corporū celestiū ad patiendū egritudinem calidam ⁊ siccam sapiens poterit preuidere illi corpori administrando illi corpori frigida ⁊ humida que disponent tale corp⁹ ita ꝙ aut illud malū penitus ānullet aut saltem influentiā illā tolerabilius moderabitur. Et circa istam materiā declarādū est quid sit reuolutio natiuitatis ⁊ quomodo ab astrologo intelligatur. Unde in natiuitate cuiuslibꝫ animati corporis dū nascitur notetur certus ⁊ pprius gradus celi sub quo gradu: sol tunc incedit vel peragratur ⁊ tunc eadē hora ⁊ parte hore consideratur minutū tēporis diei naturalis dicte natiuitatē q̄ hora ⁊ minuto egreditur infans de ventre matris illud instans ⁊ mensura tēporis dicitur esse hora sue natiuitatis ⁊ pprie consideratur locus solis in celo vt verbi gratia. Si puer nascatur sole existente sub q̄rto gradu leonis ⁊ certo minuto eiusdem gradus ille locus solis dicit̄ semp ꝙ diu viuet esse gradus natiuitatis dicte. ⁊ dum sol sequenti anno venit ad eundē quartū gradū leonis ⁊ eiusdeꝫ minuti signi leonis dicit̄ tūc esse reuolutio dicte natiuitatis: ⁊ sic quolibet anno vite cōpletur ipsius nati vna reuolutio solis que dicitur reuolutio natiuitatis sue: et tunc ad illā horā ⁊ numerū hore in qua sol reuertitur ad illū locū potest considerari ascendens celi quolibet anno sicut factū fuit p natiuitate: ⁊ consideranda sunt loca planetarꝫ ⁊ alia requisita ad figurā celi ⁊ p ante hoc potest videri ⁊ debet q2 consilia non sunt de preteritis sed de futuris. Nā melius est preuenire ꝙ preueniri. Cuius rei exēplū habet̄ in libro Guidonis bonati de partibus italie ppe de forliuio qui suo tēpore magnus fuit astrologus ⁊ tantus ꝙ post ipm non fertur fuisse tantus citra mare de quo sit memoria. Ponit em̄ in quodā libro suo qui notabilis est liber inter astrologos ꝙ tēpore cuiusdā imperato-

ris romanoꝝ qui vocabat̃ henricus a quo idē guido habebat omī anno stipendia morando in ciuitate bononieñ. ⁊ nō in alemānia vbi est curia imꝑatoris qui imꝑator habebat m̄ltos astrologos tam phisicos ꝙ alios i domo ꝓpa qui laborabant ꝓ imꝑatore dando consilia ⁊ ꝓueniendo periculis futuris intantū ꝙ quodam anno laborauerūt pro calculatione reuolutionis natiuitatis eiusdē imꝑatoris ⁊ fecerunt vniformiter illi de domo imꝑatoris figuram celi consimilē sicut vnus fecit ita alter: ⁊ viderūt martē in eadē figura reuolutionis in angulo terre que est dom⁹ quarta celi subtus terrā ⁊ perpēderūt martē tūc fore male influentie: ⁊ hoc videbant per aliquos menses ante horam reuolutionis natiuitatis ⁊ iudicauerunt in descēsu practico imꝑatorē eodē anno pati debere febres calidas de natura martis ⁊ in ista opinione cōuenerunt omēs astrologi de domo imperatoris: guido vero bonati existens ibidē habebat figurā natiuitatis imperatoris ⁊ laborabat pro imperatore ad iudicium reuolutōnis natiuitatis ⁊ fecit figurā perante reuolutōnem natiuitatis imperatoris: ⁊ repperit martē venturū ad quartā domū celi ⁊ tunc eū esse maliuole influentie: ⁊ descendēdo ad iudiciū practicuꝫ non iudicauit febres calidas ex natura martis imperatori infligendas sed venenuꝫ ministrandū imperatori ad eum interficiendū: licet ante imperator misérat eidē guidoni iudiciū cum celi figura astrologorum in curia sua existentiū. consuluit igitur guido per scriptū imperatori si qui hn̄tes aut mutua colloquia secreta ⁊ hincinde reperti mutuo cōuenientes in curia sua dephēderentur aut siqui coquinā non deputati accederēt ꝙ vni certissimo ⁊ fidelissimo sue curie id exequendū cōmitteret: cui⁹ negocij executio ⁊ sollicitudo ab imꝑatore cōmissa est magistro hospitij: qui sollicit⁹ existens in expeditione commissi opis repperit duos milites curie imꝑatoris eē illarū cōditōnū tactarū. sepe eī̄ in secreto mutua habebāt vltra solitū colloquia: ⁊ cū eoꝝ nō interesset coquinā intrare sepi⁹ petierunt introitū in eandē. vnde ipsos magister hospitij cepit ⁊ carcerib⁹ mancipauit. vnde horū militū vno iohāne francisci nominato nequaꝙ crimē patratōis nephande fateri volēte pluries tn̄ supplicio corporis torto ꝑ industriā inuenerunt iusticie executores quatin⁹ litterā confessionalē nomine dicti iohannis francisci facerēt quā ⁊ fecerūt ⁊ socio eius monstrauerūt: qua visa ille secūdus miles rettulit hec v̄ba. Proditor ille pri⁹ fuit cōsentiēs in hoc patrocinatōis seu patrationis nephas: me semꝑ illi maledicto operi renitēte: quib⁹ verbis auditis executores iusticie ꝓpositū habuerūt ⁊ ipos velut guido ex astrorum sciētia precognouit intentionē potionādi imꝑatorē reppererūt. quare ipsi secrete punitionis sentētiā inierunt: ⁊ hoc ne imꝑatoris curia aliqualis infamie notā videretur incurrere. aliter etenī̄ grauiorē iusticie sententiā incurrissent. Et quia titulus loquit̃ de reuolutione natiuitatis cui⁹ natiuitatis hora ⁊ grad⁹ celi ignoratur: ideo ponenda est hic practica ẜm sentētiā Ptholo. in quadriptito sup hora nō certa estimatā ẜm verissimilē ꝯiecturā esse horā tēporis natiuitatis cui⁹ practice duplex est fundamentū. primū est ꝙ sup hora incerta equentur dom⁹ celi modo precisiori quo fieri possibile est ⁊ planet̃ positis in suis locis inq̄rendus est planeta qui fortior extitit ī figura facta sup locū cōiunctōis aut oppositōnis luminariū precedētis dictā natiuitatē quo fortiori planeta inuēto debem⁹ cōsiderare locuꝫ ill⁹ planete in figura natiuitat̃ estimate quot gra. ⁊ quot minu. ipse pertrāsiuit signi in quo est eiusdē natiuitat̃ tꝑe: tūc habeat̃ ꝓ ꝓ fūdamēto ꝙ planeta q̄ fuerit fortior hora ꝯiūctōis vel oppositionis ponatur in tali gradu ill⁹ signi in quo fuit natiuitas estimata. in quoto fuit repert⁹ in aliquo signo. verbi gratia. Fuit coniunctio luminariū precedens aliquā natiuitatē in quarto gradu capricorni mars ibidē in loco cōiunctōis est ibi fortior ⁊ per ꝯseqn̄s dn̄s. videndū est vltra q̄tū mars perambulauit in signo suo in quo reperit̃ hora natiuitat̃ ⁊ detur exempli gratia ꝙ mars ꝑambulauit 6. gra. 52. minu. leonis. est ergo mars hora natiuitatis in fine. 7. gra. leonis. habebis hoc ꝓ ꝑmo fundamento ꝙ planeta qui est fortior ceteris in loco cōiunctōis hora coniūctōis perambulauit seu inuenitur hora natiuitatis in 7. gra. signi in quo est dicta hora natiuitatis non hora cōiunctiōis vel preuentiōis sed natiuitatis ⁊ hoc est primū fundamentū. Secūdum fundamētū hui⁹ inq̄sitōis veri gra. ascēde⁊. alicui⁹ natiuitat̃ ⁊ de facto practicatuꝫ ē tale: cōsiderari debet figura celi facta estima-

te. ⁊ qualibet vice dum aliquis illorum signi-

ficatoꝝ applicuerit infortune fortificaꝛ infirmitas queuisꝗ separeꝛ ab eo. ⁊ si lunã in pncipio infirmitatis aspexerit infortuna vel iuncta fuerit cũ ea morte in eadem infirmitate significat ⁊ si aspectus ille vel cõiunctio fuerit de fortuna significat illiꝰ salutẽ. Et ista refert haly in sequẽti ca. de intẽtõe dorothei. Unde aduertẽdũ ꝙ si dñs ascendeñ. ⁊ dñs domus mortis se aspiciant aliquo aspectu siue amicitie siue inimicitie: fortius tamẽ si inimicitie. peius autẽ si cõiunganꝛ per corpus signũ est mortis nisi fuerit receptio inter eos: ꝙ si idez planeta malꝰ vt puta mars sit dñs ascendeñ. ⁊ 8. sicut accideret si aries esset ascendeñ. qꝛ tunc scorpius esset domus. 8. ⁊ questio fieret hora martis ⁊ ꝙ mars sit aut in ascẽdeñ. aut in. 8. domo. ⁊ peius in. 8. est signũ mortis. vñ quãdo dñs querẽtis ⁊ rei quesite conueniunt tũc est signũ potẽs cõsecutiõis effectus. Aliud de eadẽ materia datur documentũ. detur ꝙ scorpio ascẽdit. 6. domꝰ a scorpione ẽ aries si tũc mars sit in ascẽdeñ. vel in sexta domo ⁊ esset hora martis ⁊ esset questio de sanatione vel infirmitate aut peioratiõe argumentũ potens est peioratõis infirmitatis: qꝛ ascendeñ. ⁊ sexta ꝯueniũt sub dñio martis. ⁊ ista trahũtur ex. 37. verbo cẽtiloquij. Unde notandũ si luna fuerit impedita in pncipio infirmitatis vel questionis hora per aspectũ maloꝝ vel ꝑ coniunctionem frequentissime erit crisis ad malũ: nisi planeta ille maliuolus cui luna applicaꝛ habuerit dominiũ supra natiuitatẽ infirmi quia mali iuuãt suos interficiẽdo alios. Notãduz etiã ꝙ si luna vel dñs sexte vel dñs ascẽdeñ. fuerint combusti vel retrogradi aut dñs ascendeñ. fuerit in domo mortis coniunctus marti vel saturno de vita nõ sperabitur aut luna impedita cõiuncta dño domus mortis vel dñe domus mortis ⁊ cũ impedita in 8 vel in 12 seu 4 ⁊ ꝓpe caudã. Et hic nota hoc signũ mortis ꝙ si in gra. ascẽdeñ. vel ꝓpe ad 2. gra. fuerit malus argumentũ est mortis infirmi ⁊ nũerus graduũ illius distãtie ab ascẽdente si sint signa mobilia denotant dies ⁊ de fixo plꝰ tẽporis denũciant: ⁊ si de cõmuni cõmuniter. hec pro presenti sufficiant mortis signa: ⁊ si plura voluens aliqua preter ista licet puta in iohãne hyspalensi inuenies sic ista. Dicit iohãnes hyspalensis in isagogꝫ in sexta domo vbi dicit, si qs q̃rit ꝑ infirmo an sit liberandus vel non aspice si dñm ascendeñ. inueneris in bono loco ⁊ si est in angulo ⁊ nõ combustus a sole. i. sub eiꝰ luce ⁊ meliꝰ si dat viın planete fortune: ⁊ melius si sit in angulo ipse planeta fortuna: ⁊ melius si dñs ascẽdeñ. recipitur ab ipo planeta cito liberabiꝛ. similiter de luna vel de dño ascẽdeñ. si autẽ dñs ascendeñ. dat viın dño domꝰ octaue: estꝗ dñs octaue domus planeta fortuna a quo dñs ascendeñ. recipitur ad mortẽ egrotabit sed euadet si non est receptus deficiet. si dñs octaue domus est planeta infortuna: ⁊ dat ei viın dñs ascendeñ. sit vel nõ sit receptus deficiet: ⁊ peius si sit dñs octaue domus in quouis angulo: si dñs ascẽden. sit infortunatus a domino domus sexte vel duodecime ⁊ ipe vel luna aspiciat planetã ĩfortunã quouis aspectu ⁊ peius si fuerit in signis fixis ipe vel luna peius ⁊ in hoc est saturnus: vel si est planeta infortunatus ex itinere tardo vel retrogrado egrotabit diutissime si planeta sit ĩfortuna qui impediat dñm ascẽden. ⁊ ipe velox vel cito exibit signũ in quo est: ⁊ melius si est in signo mobili vel aspicit ipz aliqs planeta fortuna: quouis aspectu cito euadet a morbo: aspice etiaz quot gradus sunt inter supplementũ aspectꝰ planete fortune ⁊ infortune ⁊ cuilibz gradui diem tribue. similiter si luna habet aspectum adhuc incõpletũ quouis planete da cuilibet gradui diẽ si dñs ascẽdẽ. est in domo. 6. ingressus intraturus statim. i. ex ea liberabiꝛ: sic si dñs. 6. domus est in ascẽdẽ. in ĩgressu eiꝰ euadet: planeta fortuna in angulo significat bonum infortuna malũ: si ergo dñs corporis significat permutationem in aliũ morbũ si dñs ascẽdẽ. habet incõpletã coniũctionẽ vel aspectũ incõpletũ cũ dño domꝰ 6 vel 8 vel 12 ⁊ etiam quãdo aspicit infortunã ⁊ dñs ascẽdẽ. est infortunatꝰ ex eis quãdo cõsũmabiꝛ aspectꝰ vel cõº. ea hora deficiet infirmꝰ semꝑ si dñs ascẽdẽ. est sub luce solis ⁊ peius est si est ĩ angulo cũ pertinget ad cõbustionẽ deficiet. si saturnus vel iupiter est dñs ⁊ trãsierint combustionẽ solis cũ sint oriẽtales liberabiꝛ si occidẽtales ecõtra: ⁊ mars si est iunctus infra. 10. gra. ⁊ est oriẽtalis liberabiꝛ si est occidẽtalis ⁊ est minꝰ 18 gra. morieꝛ si plus liberabiꝛ: cũ luna a loco solis 12 gra. distiterit cũ est occidẽtalis liberabitur si oriẽtalis morietur.

¶ Nunc consequẽter procedẽdũ est ad signa

mali de quoꝝ nūero sit hoc p̄mo sumptū a do mino ascēdē. aut domino ascēdē. respice igitur ascendeñ. qd̄ est egroti si sit ibidē malus vel dñs eius malus significat malū ⁊ infirm⁹ erit mali regiminis ⁊ sibiip̄i nocebit ⁊ procurabit malū suū. Secundū si dñs ascēdē. vel dñs 6 sit retrogradus vel cōbustus vel in domo mor tis coniunct⁹ marti vel saturno maxime p̄ ma lum aspectū signū ē mali. Tertiū si dñs ascē deñ. fuerit in domo. 5. vel. 11. trāsibūt angustie magne sup egrū nisi fortunate fuerit recept⁹ ip̄e dñs ascēdē. Quartū quādo dñs ascēdeñ. vel luna vel pars fortune fuerit i gra. azeme. vel tenebroso vel puteali significat infirmita tes radicatas in gra. lucido recentes: ⁊ peius significāt in his signis arietis cancri scorpio nis capricorni piscis: ⁊ quādoq̧ in his signis leprā apōta pustulas scabiē impitiginē ⁊ ser piginē ꝭm formā domoꝝ ⁊ graduū in quibus reperti fuerūt dñs ascēdē. luna ⁊ pars fortu ne. Nota ꝙ a dño domus octaue fere nullū si gnum sumit̄ dūtaxat mali sed potius penes eū sumuntur mortis signa. Primū itaq̧ signū mali sumptū a luna sit illud. si luna aspiciat malos ex quarto vel opposito malū significat Secūdū signū quādo luna est impedita vel dña domus mortis vel in octaua vel in duode cima vel in domo quarta malū significat. Ter tiū si luna fuerit in loco malo ⁊ in signo fixo p̄ longabitur morbus si autē in mobili signo ci to sanabitur: si in cōmuni sanabitur termino medio: ⁊ egreditur de morbo in morbū aliū ꝭm aspectū lune cū planetis ⁊ aspice locū lu ne si dederit vim dño sexte fortificabit̄ morb⁹ Quartū quādo luna cōiungitur saturno in si gno arietis ⁊ aries sit ascendē. vel faciat do mum sextā vel octauā antiqui in p̄ncipio egri tudinū vel questionū iudicauerūt mortē sed nō est dicendū iudiciū mortis: ⁊ ratio est quia saturnus in ariete nō habet illā auctoritatem quā habet in libra vel in suis domibus: ideo refrenatur ibi malicia saturni: ideo pronostica re nō debemus infirmo mortē sed poti⁹ recidi uationē seu recidiuā egritudinē tamē euadet quādo luna iungitur saturno in tauro ⁊ tau rus facit ascēdēs aut sextā domū aut octauā tunc tēporis luna trahit malas influētias sa turni ⁊ facit bonas quia luna est in exaltatiōe sua ⁊ saturnus tunc nō habet prauū dominiū supra lunā. quādo vero luna cōiungitur satur no in geminis tunc saturnus operatur oēs prauas influētias preter proditionē: quia lu na est debilis nō potēs resistere saturno quia est in signo duodecimo a domo sua: quādo ve ro luna cōiungit̄ saturno in cancro dña est in domo sua ⁊ ideo saturnus nō habet potentiā male operandi: idcirco saturnus prebet lune oēs bonas suas operatiōes ⁊ cōuertit natu ram suā ad ip̄am lunā ⁊ tunc efficitur mobilis in influentia. si hec coniunctio fiat in leone sa turnus nō habet potētiā operādi bonū quia est in domo firma ⁊ i domo solis ⁊ inimici sui si in virgine indifferens est tam ad malū ꝙ ad bonū. si in libra tunc saturnus cōuertit na turam lune ad se si in scorpione mala ope ra exercet saturnus ⁊ luna nō potest refrena re ip̄m. si in sagittario refrenatur malicia satur ni. si in capricorno ⁊ aquario saturnus potēs est ad malū operādū ⁊ luna debilis. si in pisci bus mediocriter se habet: ⁊ si ista velis ampli are intelliges de coniūctiōe alioꝝ planeta rum cū saturno: cōsidera amiciciā vel inimici tiam fortitudinē vel debilitatē ip̄ius saturni ⁊ alioꝝ planetarū qui eis cōiungūtur ⁊ sic p̄ cede ad iudiciū. Cōsidera etiā horā quando infirmus cadit in lecto vtrū luna tūc exeat a cōbustione tunc enim crescit egritudo quousq̧ veniat ad oppositionis gradū scʒ pleniluniū tūc si fuerit cū malo planeta a malo signo: tūc de morte est timēdū: ⁊ sic etiā hoc ē signū ma li: q2 vt dictū est a dño dom⁹ octaue fere nullū signū sumit̄ dūtaxat mali: ꝭ poti⁹ mortꝭ. Igi tur vt quadripertitū in signis mali queadmo dū in alijs sic teneamus ordinē loco eius sūt sumenda signa mali a dño domus sexte que ē egritudinis dom⁹ quoꝝ primū sit istud. si dñs sexte sit i malo loco vt i. 6. vel in. 12. vel. 8. ma lū significat. Secūdū si dñs 6 sit ip̄edit⁹ a do mino ascēñ. p̄ malū aspectū ⁊ est in gra. aze. ⁊ in angulis icurabilis ē infirmitas ⁊ sp̄ nocu ua ⁊ dolorosa in succedētib⁹ durat ꝭ nō sp̄ no cua ⁊ dolorosa ⁊ reuertit̄ ꝭm q̄litatē signi i ca dentib⁹ nō sp̄ durat nō sp̄ dolorosa ꝭ p̄ tūc iua sit infirmitas cito recessura: ꝭ ꝭm q̄litatē signi ⁊ planete p̄ tūc mag⁹ vel min⁹ ip̄editoꝝ ꝯside ratur iudiciū infirmitatis penes cōuenietiā ⁊ dispositionē dñi domus sexte. Tertiū. si in sexta domo sit malus patiēs transibit de egri tudine in egritudinē: si autē bon⁹ patiēs cito curabitur. Quartū recitatum est intra signa

mortis pernitiose. his signis mali addendū est pmo φ si planeta qui significat impedimētum sit in gra. azeme. significat incurabilitatē ⁊ sic notanda est graduū natura sub quibus sunt planete facietes ad iudiciū. si vero alter istoꝝ duoꝝ sit impedit⁹ ascenden. ⁊ luna ⁊ alter fortunat⁹ infirmitas nō erit tanta. Secundo ⁊ de trāslatiōe luminis si separat̃ planeta a domino vel a domina dom⁹ mortis ⁊ transferat lumē mortis p cōiunctionē vel aspectū ad dominū ascendē. hec trāslatio malū significat. Tertio ⁊ est amphorismus astrologoꝝ scꝫ de centiloquio detestabilius in significatione egroti est vt sit significator interrogatōis ingrediēs radios vel pars fortune infortunata. Quarto de eisdē amphorismis timor magnus est sup infirmo cū interrogatōnis hora ambo luminaria fuerint sub terra. Quinto si pars fortune cadat ppe caudā ad quartū gradum sub terra vel in octaua vel vadat ad caudam vel ad malos vel habeat aspectū malū luna ad malos. ⁊ numera gra. inter partē fortune ⁊ caudā vel inter lunam ⁊ partē fortune vel inter illū qui erit ppinquior parti fortune infortunate. Et si ascenden. 6. ⁊. 8. sint mobilia dic gradus qui sunt int̃ partē fortune infortunatā dies vel minus φ erit effectus mali Si ascēden. 6. ⁊. 8. sint firma dic tps effectus mali plusφ dies. ⁊ si luna sit dña. 6. vel. 8. erit effect⁹ hora lune: ⁊ sic de alijs hōris alicuius dominoꝝ harum domoꝝ.

¶ Deinceps videnda sunt signa boni que fere oīa sumunt̃ ex parte almuten ascenden. quoꝝ pmū sit si dñs ascēden. fuerit in vno angulorū ⁊ fuerit bon⁹ planeta sine malo aspectu ⁊ nō sub radijs solis neqꝫ retrogradus ⁊ fuerit in situ celi fortunato: signū est vite.


¶ Secūdū si dñs ascēden. sit fortunat⁹ qñ luna puenit ad eū corporalit̃ tūc incipiet apparere cris̃ ad bonū maxīe si pria appplicatio lune sit ad dñz ascēden. corpalit̃ anteφ applicetur corpalit̃ alicui alteri planetarū quia dñs ascēden. significat aīaz ⁊ vitā. luna corp⁹ ⁊ ei⁹ salutē ostēdit ⁊ ideo si luna nō fuerit infortunata: bonum.

¶ Tertiū si dñs ascēden. fuerit velox ⁊ aliud ingrediat̃ signū vel aliā domū velociter deficiet infirmitas nō sit tamē in domo. 8. vel. 12.

¶ Quartū ⁊ nota bene φ si dñs ascēden. recipiat dñz dom⁹ mortis iunctū sibi directū vel postφ incipit esse dñs dom⁹ mortis dirigi significat bonū pter receptionē licet talis aliunde aspectio seu coniunctio sine receptione significat mortē cū alijs circūstantijs: ⁊ quando transierit aspectū seu cōiunctionē dñi domus mortis ⁊ dñi ascēden. apparebit effect⁹ sanitatis licꝫ precesserit timor mortis in egro ⁊ iudiciū eiusdē in medico.

¶ Quintū signū luna aspiciēs venerē ven⁹ solē sol iouē. maxime si iupiter sit in ascēden. vel in nona. iupiter erit almuten hoc ē habēs dominiū in figura hoc significat bonū ⁊ fortune hñt naturā vite nisi sint dñi dom⁹ morꝭ. His bonis signis annectenda sūt hec quorū sit pmū. si luna applicet̃ mercurio vel veneri per aspectū vel ꝯiunctionē ⁊ vn⁹ illoꝝ applicetur soli vel marti dato φ cōiunctio vel aspectus istoꝝ nō sint boni ⁊ mars applicet̃ ioui qui iupiter sit fortis tam ex parte situs celi φ ex parte dignitatū essentialiū iupit̃ habet colligere lumen illoꝝ tanφ superior ⁊ terminare oīa illa lumina inferioꝝ ad bonā crisim ⁊ ad bonum terminū. Secūdū si almuten vite .i. almuten ascenden. fuerit in qrta domo fortunatus sanabit̃ eger φ si fuerit illic boni ⁊ mali fm fortiores iudica sed si postea se strauerit in lectū moriet̃. Tertiū si significator fuerit in 10. crescēs lumie ⁊ nūero abbreuiabit̃ morb⁹. Quartū ⁊ est amphorism⁹ astrologoꝝ scꝫ de centiloquio ptholo. saturn⁹ orientalis mars occidētalis egros minus impedit iupit̃ in septētrione venus in meridie bonū auget cum ipsi fuerint dñi ascēden. infirmi vel qstionis. Et qꝛ materia infirmitatū nō sufficient declaratur p exemplū vnius questionis aut duarū questionū: ideo hic alia duo exēpla annectentur pro maiori declaratione.


Anno fluente dñi iesu. 1420. die sabbati q fuit secūdus dies mensis iunij cōpletis octo horis post meridiē qdaꝫ sacerdos pposuit questionē sup ppria infirmitate grauelle ⁊ statu sue sanitatis ⁊ vite cui⁹ questionis hora talis incidit celi figura sup viennen. ciuitatē ⁊ fuit questio presentata hora mercurij.



¶ Aspexi i hac qstiōe τ dedi ascē.τ dñz ei9 qrēti septimā domū celi τ ei9 dñz medico.sextā domū celi ifirmitati: fuit ḡ saturn9 sigficator qrent τ iuēt9 ē i domo mor circa pricipiū sig ficās malū effectū τ feci lunā pticipē qrēti τ iueni eā i.10.ḡ.pisc aspiciētē saturnū ex oppo sito τ dātē sibi vim τ lūa i tali aspectu nō reci piebat a saturno: q si eēt receptio minueret de malo. Itē notaui lunā τ dñz ascē.nō aspi- cere ascē.q faciūt ad malū pnosticādū Itē cō sideraui ptē pltē intficiētis i.17.ḡ. aqrij i do- mo vite i ascē.τ i ptāte saturni τ eē saturnū i- terfectorē pricipalē τ lunā adiutricē. Itē 9si deraui ptē fortune i.4.domo celi q dom9 sig- ficat finē τ foueā τ fuit ps i.4.ḡ.geminor aspi ciēs lunā.4°.aspectu τ ābo lūiaria esse sabt9 terrā hora qstiōis oia faciūt ad malū effectuz veniēdū ipi qrēti: τ ex his oib9 iudicaui mor- tē ipi qrēti ad tardi9 ifra ānū: nec ps vite que erat i.9.domo celi i.18.gra.scorpi.potat iuua re ad oppo^m tātor testimonior mali. 9sidera ui vlteri9 ex pte medici venient ad adiutoriū qrent loco τ tpe paucā facē vtilitatē qrēti q lūa q ē dña p pricipio 7^e dom9 est ipedita ifor tunio vt iā patuit.τ sol q est dñs p maiori pte hui9 7^e dom9 cadit i 6ª domo celi i domo ifir mitat sigficās qrēti malū τ duo planete q sūt in 7ª domo celi ven9 τ mercuri9 modicū pnt iu uare medicū q qrēs nō ē capax i ope depēdē tis adiutorij. Cōsideraui sextā domū celi q est ex pte cācri τ leonis. dña prie ptis dom9 ē lu na τ p hoc ondit ifirmitatē q ē in qrēte que-

stionis hora esse frigidã ꝛ humidã excessiue qꝛ luna ẽ infortunata vt supra patuit: ꝛ qꝛ ps infirmitatis cadit i hac domo.6.in.10.gra. cãcri i gra.exeme.ꝛ sub radijs solis q̃ oĩa faciũt ad malã ĩfluẽtiã celi ɔtra q̃rẽtẽ. Et nota p̄ter iã dicta solẽ i.6.domo celi separi a saturno aspectu sextili ꝛ aspicere ascẽdẽn̄ ex opposito ꝛ ẽ q̃dã modus trãslatõis lumis dñi morꝭ ad dñz vite ɔcludẽdo i hac q̃stiõe ꝛ figura celi in ɔueniẽtia luna cũ pte morꝭ ambo aspiciũt ex opposito celi saturnũ infectorẽ q̃renꝭ q̃stiõis ꝛ luna nũcia celi velox i suo motu recipit delegationẽ effect⁹ influẽtie celi quoad partẽ mortis ꝛ saturni infectoris:ꝛ sup hoc ɔsideraui gra.celi q̃ sũt int̄ ascẽn̄.ꝛ lunã q̃ sũt.45.ꝛ verti eos ad mẽsurã tp̄is:ꝛ qꝛ ascẽn̄.est mobile ꝛ luna ẽ velox i suo motu ɔsideraui gra.distãtie celi q̃ sũt int̄ ascẽ.ꝛ lunã vtere i dies ꝛ nõ i aliam mẽsurã tp̄is ꝛ in cõplemẽto illi⁹ tp̄is post 45.dies euenire effectũ sicq̧ secutũ fuit venit ipe q̃rẽs ad infirmitatẽ fortiorẽ decubãs in lecto post dies.35.a q̃stione p eũ facta sup statu suo pcedẽs de malo i pei⁹ spacio.10.dierũ ꝛ p vnã diẽ post.45.dies a q̃stiõe facta fuit in frenesi ꝛ die iouis i crastinũ q̃ fuit.47.dies a q̃stione facta ꝛ.15.dies augusti hora p̄ria post meridiẽ hora saturni migrauit ad dñm.

¶ Sequit̄ vltimũ exẽplũ formatũ p figuram celi vt decet:ꝛ illo' exẽplo posito finietur cap. quintũ differentie tertie



¶ Anno fluēte dñi iesu.1431. ⁊ die septima in
cōpleta mēsis augusti q̄ fuit dies marꝭ cōple
tis septē horis a media nocte hora solis qui-
dam magister in artibus ⁊ doctor in medici-
ne vocatꝰ henricus amici natus de bruxella
in brabantia petiuit ꝓ dño decano viennen̄.
actu infirmo questionē q̄d de infirmitate eiꝰ
sanitas vel mors: cuius questionis hora talis
incidit sup viennen̄. celi figura: ⁊ ordo plane-
tarū. aspexi in hac figura seu questione ⁊ or-
dine celi: ⁊ dedi ascen̄. ⁊ lunā infirmo ⁊ vidi lu
nam euntē ad cōiunctionē solis infra radios
solis: hoc fuit vnū testimoniū mortis. cōside-
raui partē planete interficiētis in.14.gra.leo
nis inť lunā ⁊ solē ⁊ infra radios solis in prin
cipio domus.12. esse signū mali aggrauantis
infirmū. Cōsideraui tertio partē mortꝭ in.26.
gra.virgi.in ascēdeñ.in domo vite malū testi-
moniū. consideraui quarto partē vite presen-
tis figure in.26.gra.arietis in domo mortis:
ita ꝙ est quedā mala cōbinatio: vita seu pars
vite in domo mortis ⁊ pars mortis i domo vi
te: ⁊ vniformiter in cōsimili nūero graduū si-
gnoꝝ arietis ⁊ virginis in.26. vtriusq; eorum
qui gradus sūt termini maloꝝ saturni ⁊ marꝭ
ꝯsideraui vlteriꝰ ad ꝓpoᵐ maloꝝ signoꝝ seu
significationē partē fortune in.7.gra.vgis.6
gra.cōpleti ⁊.9.minu.in domo.12. que omia
dicta sunt testimonia mali: ex quibus signis
⁊ testimonijs malis iudicaui mortē egri futu
ram in breui ex eadē infirmitate. Ceterū aspe
xi mercuriū dñm ascēdeñ. prope ascēdeñ.ad
vnū gradū in domo.12.in fine sue directionis
venientē ad pncipiū retrogradatiōis ⁊ corrū
pentē ascen̄. ⁊ ex hoc iudicaui egrū venire ad
frenesim ad tardius infra diem naturalē licet
esset ꝙplurimū prudēs: ⁊ ita euenit de frene-
si ⁊ citius ante diem naturalē ⁊ mors post du
os dies ⁊ infra duos dies.

Argumētū sexti cap. tertie dr̃ie.


¶ Sextū cap. de inuētiōe almuten ascēdē. q̄
dñs pn̄cipalis dicit ⁊ aliarū domoꝝ celi ⁊ to-
tius celi ⁊ de statu planete corrūpētis vitā.

Sciendū ē ꝙ iste termin' almuten i figura i lingua
arabū q̄ magni sūt astrologi i lin-
gua latina interptať vincēs. ⁊ ē sensus talis
planeta ē almuten ascen̄. hoc ē idē planeta ē
fortior i ascen̄. oibꝰ alijs planeť. Primo igiť vi-
dendū est q̄d signū q̄s gra. sit in ascen̄. ⁊ tunc
videre oportet q̄s planeta sit fortior in vtuti-
bus essentialibꝰ q: ille ē dñs ascē. verbi grā.
ponať ꝙ aliq̄s gra. faciei secūde arietꝭ que ē
facies solis sit i ascē. ⁊ ꝙ q̄stio sit diurna vidē
dū est q̄s planeta sit ibi fortior aries ē domus
marꝭ ideo habz q̄nq; vtutes: sol q: exaltať in
ariete habz vtutes q̄ttuor ⁊ ꝓpť triplicitatē
diurnā tres ⁊ ꝓpť faciē vnā q̄ sunt i sūma vir
tutes octo: ⁊ sic habemꝰ ꝙ sol ē ibi fortior: ido
iudicādus dñs ascen̄. si q̄stio esset nocturna ⁊
aries esset in ascen̄. a.20.gra. vsq; ad.25. qui
sūt termini marꝭ: tunc mars hēret ꝓpť domū
vtutes q̄nq; ⁊ ꝓpť terminū vtutes duas que
essent i sūma vtutes septē. sol vo ꝓpť exalta-
tionē hz vtutes q̄ttuor ⁊ nō plures: q: nullā
triplicitatē habz i eo q: q̄stio ē nocturna ⁊ nul
lam i terminis neq; i faciebꝰ: restat igiť vt mars
sit fortior ibidē ideo erit dñs ascen̄. ponať eti
am ꝙ q̄stio sit nocturna ⁊ ꝙ secūda facies ari
etis ascēdat q̄ est facies solis: tūc mars ꝓpter
domū habz q̄nq; vtutes: sol ꝓpť exaltationē
hz vtutes q̄ttuor ⁊ ꝓpť faciē vnā que sunt in
sūma vtutes q̄nq; ⁊ sic ambo sunt eq̄les in su
pradictis vtutibꝰ ideo vidēdū est q̄s istoꝝ du
orum sit dñs ascen̄. primo nāq; vidēdū est si ali
quis istoꝝ sit in ascen̄. q: si sit ⁊ licet solū hēret
virtutes tres ⁊ alter vtutes sex existēs in alia
domo: ille q̄ erit in ascen̄. cū tribꝰ vtutibꝰ erit
dñs ascen̄. si vo aliq̄s planeta eēt in primo gra.
ascen̄. ⁊ haberet solū duas virtutes esset dñs
ascen̄. nō obstāte ꝙ aliꝰ existens in alia domo
haberet oēs vtutes q̄s habere posset. ⁊ hoc
nota bn̄. nā planeta q̄to ꝓpinquior ē gradui
ascen̄. tanto ē fortior: ⁊ q̄to remotior tāto de-
bilior. si igiť nullꝰ istoꝝ planetarū esset in ascē
den̄. quos diximꝰ esse eq̄les in vtutibꝰ: ſ; esset
in alijs domibꝰ: tūc vidēdū est q̄s sit in fortio-
ri domo vt i angulis vel i succeden̄. ⁊ haben-
tibus aspectū ad ascē. ⁊ ille qui in fortiori do
mo ⁊ in meliori aspectu erit dñs ascen̄. si vero
ambo essent in vna domo tūc vidēdū est quis
eoꝝ sit fortioris virtutis in signo ⁊ domo illa
⁊ ille q̄ erit fortioris virtutis in domo illa erit
dñs ascēden̄. si autē ambo in domo illa essent
equalis virtutis: vidēdū est tūc si aliq̄s eorū
eēt significator rei q̄site in q̄stione vt si q̄stio
esset de bello mars q̄ signficat bellū eēt significa
tor rei q̄site: ⁊ ido dñs ascē. Et nota ꝙ si plā
sit dñs hore addit fortitudinē magnā. si forte

nullus istoꝝ esset significatoꝛ rei quesite tunc
videndū est quis eoꝝ habet aspectū ad me-
lioꝛē planetā ⁊ foꝛtioꝛē aspectū ⁊ ille erit dn̄s
ascēdē. ⁊ si ambo haberēt vnū aspectum ad
vnū planetā vel equalē videndū est tūc quis
eoꝝ sit magis amicus illius planete ad quē
habēt aspectū ⁊ ille erit dn̄s ascēdē. quando
autē isti planete sunt ita equales in potentia
tūc videndū est quis eoꝝ sit in melioꝛi vel de-
terioꝛi gra. vt in augmētante ⁊ lucido qui au
gent foꝛtunā aut in puteis tenebrosis azeme.
qui minuunt foꝛtunā aut in gra. masculinis
si est de die aut in femininis si ē de nocte. No-
ta etiā φ qn̄qꝫ dignitates domoꝝ preferende
sunt alijs quattuoꝛ essentialibꝰ vt puta tripli-
citati ⁊ termino nisi planeta repertus esset in
triplicitate vel termio tūc em̄ preferēdus eēt
ita etiā dicitur de domibus si aliquis planeta
sit dn̄s rei quesite ⁊ reperiatur in domo rei q̄-
site cū dignitatibus essentialibus nūero: ⁊ al-
ter reperiaꝛ in domo sua essentiali nō tamē in
ascēdē. preferēdus est ille qui est dn̄s rei que
site. De dn̄o aliarū domoꝝ debet dici sicut de
dn̄o ascēdē. saluo φ ille planeta qui est signi-
ficatoꝛ rei quesite quā illa domus significat se
haberet in illo signo qđ est in principio illius
domus virtutes. 3. ⁊ alter planeta haberet. 6.
tunc dico φ ille planeta qui est significatoꝛ rei
quesite esset dn̄s illius domus. Cauēdū est a
retrogradatione planetarū ⁊ ab alijs infoꝛtu
nijs. ⁊ nota φ quādo planeta est in medio sue
retrogradationis tūc est debilioꝛ ⁊ peioꝛ φ̄ in
aliquo loco epicicli ⁊ quādo icipit dirigi tunc
acquirit virtutē ⁊ gaudere dicitur ⁊ eius bo-
nitas augmētatur vsqꝫ ad mediū sue directio
nis. ⁊ sicut dictū est de intētiōe almuten sup
ascēdē. sic suo modo dicēdū est de intēnōe al
muten aliarū domoꝝ totius celi. Preter iam
tactas supꝛa virtutes essentiales planetarū
sunt quedā virtutes ⁊ foꝛtitudines accidēta-
les ipoꝝ accidēn̄ eisdē ratione domoꝛū. vnde
ascē. 12. virtutes habet. 10. domus. 11. virtutes
habet. 11. 10. virtutes habet. 7. domꝰ. 9. vtutes
habꝫ. 4. octo habet vtutes. 5. domꝰ. 7. virtu-
tes habet. 9. domꝰ habꝫ. 6. virtutes. 3ª habet
qn̄qꝫ. 2ª habet quattuoꝛ. 8. domꝰ habet tres
virtutes. 12ª habet. 2. virtutes. 6. domꝰ est in
fine virtutū ⁊ habet vnā virtutē seu vnū testi
moniū. domus etiā celi preter foꝛtitudines et
debilitates iam dictas habēt bonitates ⁊ ma
licias ⁊ sūt similiter foꝛtunate pluribus occa-
sionibus. pͥma causa ex natura suijpius. secū-
da ꝑpter sitū quē habēt in celo. tertia causa
ꝑpter cōiūctionē vel aspectū quē habet vna
domus ad alterā. quarta causa propter aspe-
ctum quē habēt ad pꝛimā ⁊ ꝑpter hoc nona
domus ⁊ tertia que aspiciunt pꝛimā licet sint
cadētes sunt foꝛtioꝛes φ̄ secūda ⁊ octaua in
foꝛtuna ⁊ in om̄i bono. q̄nta causa f̄m φ signa
inueniūtur in domibꝰ. sexta causa f̄m φ pla-
nete repeniūtur in domibꝰ quia planete foꝛti-
ficant domos sicut ecōtra domus foꝛtificant
planetas. septima causa f̄m significatiōes q̄s
significāt. Et nota hic φ finis libre ⁊ signum
scoꝛpionis sunt de se infoꝛtuniū signoꝝ ⁊ do-
moꝝ vbi ⁊ quādo habent sitū in figura ⁊ in
oꝛdine celi. Nota etiā hic vt elici potest ex nūc
dictis φ domus celi ascēdē. est sup oēs alias
mire tam in foꝛtitudine φ̄ in bonitate pꝛiuile-
giata. vnde sol mercuriꝰ ⁊ iupiter in ascēdē.
foꝛtificātur ⁊ foꝛtunātur. luna mars ⁊ saturnꝰ
in ascēdē. infoꝛtunātur ⁊ infoꝛtunant ascēdē.
venus vero mediocriter se habet quia est pla
neta occidētalis: ⁊ cadit foꝛtitudo ipius ascē.
similiꝛ ⁊ aliarū domoꝝ p̄ncipaliter super cus-
pide anguli. i. super pͥmo gradu. vnde plane-
ta cū fuerit in pꝛio gradu anguli habet totā
foꝛtitudinē ⁊ ponitur foꝛtitudo ipius in nūe-
ro 8 cū autē distat ab āgulo 5 gradibus per-
dit foꝛtitudinē vnā ⁊ si ad. 10. perdit duas foꝛ
titudines: ⁊ si ad. 15. ꝑdit tres: ⁊ si ad. 20. per-
dit quattuoꝛ: ⁊ si ad. 25. perdit q̄nqꝫ: ⁊ sic nō
remanēt ei nisi tres foꝛtitudines quia est i fi-
ne virtutū illius domus ⁊ iā incipit sentire foꝛ
titudinē imediate sequētis domus: ⁊ hoc est
qđ alibi dicitur φ. 5. gra. vltimi alicuiꝰ domꝰ
valde sapiūt naturā domꝰ imediate sequētis
Et aduertēdū est φ pꝛeter foꝛtitudies supꝛa
dictas quas habēt planete ratiōe domoꝛū
adhuc planetarū foꝛtitudo essētialis intēdiꝛ
⁊ augmētatur ratōe domoꝛū planetarū i hūc
modū. sol tā de die φ̄ de nocte equaliter foꝛti
ficatur ratiōe leonis domus eius ⁊ sic de luna
respectu cancri: quia sol ⁊ luna nō habēt nisi
vnū simplex signū pꝛo sua domo videlicꝫ sol
leonē ⁊ luna cācrū vt supꝛa patuit: alteri ve-
ro planete duo habēt signa. vnū videlicet di-
urnum ⁊ aliud nocturnū. hinc est φ saturnus
de die pꝛincipalius respicit aquariū qui est
signum diurnum: de nocte capꝛicoꝛnum qui

est signũ nocturnũ. ⁊ hoc intelligitur si saturnus sit de die in aquario vel respiciat aquariũ ⁊ de nocte in capricorno vel respiciat capricornũ: ⁊ sic suo modo dicendũ est de alijs planetis respectu suarũ domorum. vnde dom⁹ diurna iouis est sagittari⁹ ⁊ nocturna piscis. martis diurna est aries ⁊ nocturna scorpi⁹. veneris diurna est libra ⁊ nocturna taurus. mercurij diurna est gemini ⁊ nocturna virgo.

¶ Viso modo inueniendi almuten ascendẽ. et aliarũ domorum ⁊ totius celi omni hora ⁊ omni instañ. in prima parte hui⁹ capituli. Videndũ est nunc circa secũdam partem istius capituli de statu planete interficiẽtis ⁊ corrũpentis vitam. Et circa hoc vt clarius pateat ponatur exemplũ ex alio factum ⁊ practicatum: cui⁹ forma talis est. Interrogato de statu cuiusdã p viam questionis qualis esset cõditio sanitas seu egritudo ⁊ predominãs qualitas qualisq; corporis dispositio sm influentiam datam a deo ⁊ causis scdis ⁊ qñtum intellect⁹ respondentis astrologi illuminatur a deo sequẽdo sciẽtiã acquisitã regratiãdo deo a quo omnia bona pcedũt cui⁹ qõnis hora talis incidit celi figura vel in hora qua tũc fuit questio celi fuit talis existeñ ⁊ figura et erat.



¶ Uisa figura celi ad punctū questionis pri ma fronte videbat̄ personā eē sanā ꝑ qua fie bat q̄stio ꝓpter solem in decima domo ⁊ par tem fortune in ascendēte. Circa cuiꝰ q̄ōnis de clarationem ⁊ figure. primo perquirēdus est dn̄s ascēdent̄ ꝑ multiplicationē dignitatum essentialiū: ⁊ debet ꝯsiderari quis planetarū ab eo separat̄ vel a quo ipse dn̄s ascen̄. separat̄ q: s̄m statuȝ planete a quo separat̄ ipse dn̄s ascen̄. vel ecōtra sicut dictuȝ est. erit egritudo vel sanitas pro quo est q̄stio. Locꝰ corrūpēs cū planeta corrūpente naturā morbi ⁊ funda mentuȝ egritudinis patefacit: vt verbi gr̄a si planeta corrūpēs sit in ascen̄. morbū seu egri tudinē designat esse in capite si in sc̄da domo in collo: ⁊ si in tertia denotat in hūeris ⁊ in bra chijs: si in quarta denotat in pectore ⁊ in sto machο. si in q̄nta domo denotat i epate vel in lumbis superiorībꝰ. si in sexta erit in corde vl̄ ꝓpe cor in pelliculis vel intestinis in p̄te infe riori ventris: ⁊ q̄n̄q̄ sunt egritudines totum corpꝰ occupātes: q: sexta domꝰ est domꝰ ꝓpa egritudinū. si in septima erit in inguinibꝰ vbi sepe accidit bonū ꝓueniēs ex expulsiōe epa tis si in octaua erit infirmitas in mēbris pudē dis si in nona erit in coxis si in decima domo sit planeta corrūpens erit īfirmitas in genibꝰ si in vndecima erit in tibijs. si in duodecīa do mo erit in pedibꝰ. ¶ Item aliter īuestigat̄ p̄ ticula patiētis vide dn̄m sexte domꝰ si sit īfor tunatus in ariete erit infirmitas in capite: et sic ꝯnter sicut declaratū fuit de planeta cor rūpente ꝑ ordinem domoꝝ. ¶ Et circa hoc nota si planeta corruptor vel dn̄s sexte infor tūatꝰ fuerit supra terrā erit īfirmitas i dextra p̄te corporī si subtꝰ terrā fuerit corruptor. vel dn̄s sexte corruptꝰ erit infirmitas in parte si nistra corporī. si in signis diurnis erit infirmi tas in parte anteriori corporis si in nocturnis erit in p̄te posteriori corpis. vnde aries est si gnū diurnū. taurus nocturnū. gemini diurnū cancer nocturnū: ⁊ sic de singulis.

¶ Uisa questionis figura ⁊ quibusdaȝ notat̄ ꝑquirēdꝰ est vt dictū est dn̄s ascen̄. qui almu ten arabice dicit̄ quo inuēto ⁊ silr̄ ꝯsiderato a quo ipse separat̄ vel qui ab eo separatur: quia s̄m eiꝰ statū erit egritudo vel sanitas illius ꝓ quo fit q̄stio. In hac igit̄ figura venꝰ est almu ten ascenden̄. q̄uis iupiter principali dn̄io do mus potiat̄: attamen venus ibi habȝ plura te stimonia exaltationē ⁊ triplicitatē ⁊ ip̄m ascē dens ꝓspicit efficaciꝰ q̄ȝ iupiter: ⁊ cum h̄ etiaȝ digniorē locū celi occupat: q: igit̄ venꝰ vt di ctū est erit almuten ascēden̄. Respōsum ē ꝑ sonam de qua q̄situ est mulierē esse vel saltez muliebris cōplexionis seu nature: et q: iupit̄ habet dn̄ū naturale in ascen̄. s. dn̄ium domꝰ: ⁊ ē iupit̄ almuten. 5ͤ. domꝰ q: hȝ ibi exaltatio nē ⁊ terminū: ⁊ q: ibi est inuētꝰ q̄stionis hora in. 25. gra. canc̄ri q̄ inuētio planete in loco ad dit fortitudinē eiꝰ sup illo loco: ⁊ q: domꝰ q̄n ta in ordine domoꝝ de mēbris corpis hūani significat epar. videt̄ in dispōne ꝑsone pro q̄ facta est q̄ epar esse gn̄atum ⁊ sanguinē fleu maticū: ibi abūdare fleuma rōne cancri ⁊ san guinē rōe iouis: ⁊ ꝑsonā eē egrā ꝓpter martē corrūpentē almuten. s. venerē dn̄m ascen̄. q: dn̄a ascen̄. separatur a marte. Et q: mars cor ruptor fortiꝰ ex malo loco aspicit ex domibus suis arietē q̄ȝ scorpionē significat calorē ⁊ sic citatē esse causā egritudinis ipsiꝰ capitis. Et q: mars corruptor occupat domū quartā que hȝ pectꝰ atq̄ pulmonē significat ꝑsonā pati circa pulmonē. Et q: mars est signe. rupturas venarū ⁊ sanguinis effusionē dicit̄ patientē spuere sanguinē: ⁊ si dn̄s ascēden̄ solꝰ ince dat sine aspectu ⁊ separatione alterꝰ planete: ipse tūc naturā morbi ostēdet cū loco ⁊ domo in quo loco iuētꝰ fuerit q̄ōnis hora vel in p̄n cipio euasionis egritudinis. ¶ Et nota circa h̄ q̄ȝ planete corrūpentes sunt saturnꝰ ⁊ mars et dn̄s octaue. ⁊ maxie si dn̄s octaue fuerit ī pedītꝰ seu infortunatꝰ ⁊ habēt corrūpere ali os cū quibꝰ h̄nt affinitatē. s. ꝑ separationē ap plicationē cōiunctionē vel aspectū. In hac fi gura celi venus erat in. 28°. sagittarij in me dio celi: s3 corruptor mars inuētꝰ est in. 27. ge minoꝝ in q̄rta domo in mala domo ad factuȝ egritudinis. ⁊ venꝰ sepabat̄ de vno gradu a marte corruptore q̄ fuit fūdamētū cognitiōis egritudinis. ¶ Ceterū ad malū egri inuēta ē venꝰ almuten ascēden̄ ingredi radios solis ⁊ cōburi a sole ⁊ distare a sole ꝑ. 2. gra. sagitt̄. ⁊ ꝑ. 8. gra. capri. duo gra. signi sagittarij bicor porei signt duos mēses ⁊ octo g̃. signi mobil̄ capri̇. signt octo dies. dubitanē est de morte egri ad duos mēses ⁊ octo dies a q̄ōne facta sicut deꝰ voluit ordinare sic pūctualr̄ accidit nutu dei. cuiꝰ solꝰ ē lāguores curare mortuos suscitare ⁊ terrena corpora ꝑ celestia corpora

moderare ac īferiora p media dispensare ipsi glīa amen. ¶ Nota circa dictā figurā ꝙ saturnus inuēt⁹ est in. 8. domo ꝛ in. 15. g. scorpiōis ꝛ tota illa dom⁹ ꝺ se rōe finis libre ꝛ signi scorpionis erat īfortunata: ꝛ cū hoc rōne pn̄tie saturni: ꝛ qꝛ vt dictū est saturn⁹ ꝛ mars sunt infortunia planetarū finis. s. libre ꝛ signuꝫ scorpioꝝ. īfortunia signoꝝ: ꝛ sp̄ qn̄ veniant talia in iudicijs infirmitatum in asceñ. vel in octaua domo vel in sexta: vel in q̄rta domo celi presumendū ē de malo. ¶ Circa testimonia boni q̄ fuerūt in ista figura celi: sol in. 10. domo celi. ꝛ pars fortune in ascēdēte: ista duo testimonia modicū potuerūt iuuare ad oppositum tātorum testimoniorum mali.

Argumentū septimi cap̄li tertie dr̄ie.

¶ Septimū capitulū de cōbinatione planetarū ꝛ associatiōe cū dn̄o asceñ. seu alteri⁹ domus celi ꝛ de accessu ꝛ recessu eoꝝ inter se.

In omni questi

one ꝛ figura celi sp̄ est querendus dn̄s signi ascēdētis ꝛ luna ꝛ suscipe alterū eoꝝ de directo magis aspicientē ascēdēs ꝛ illū fac p̄ncipalē si ambo aspiciāt eq̄liter ascn̄s suscipe alterū eoꝝ habentē plures fortitudines in suo loco: tā rōne domoꝝ ꝙ sol⁹ vl' sue p̄tātis. si ambo pares in oībus: suscipe dn̄m ascn̄tꝭ ꝛ lunā cū eo associa. In omni igit̄ q̄ōne respice sp̄ dn̄ꝫ ascn̄tꝭ si ipse aspiciat ascēdens ipse erit significator p̄ncipalis rei q̄site siue sit de īfirmo siue de re alia: qꝛ fm̄ ip̄m p̄ncipal⁹ est dispēsand̄ iudiciū: ꝛ si nō aspiciat ꝛ dn̄s honoris. i. exaltationis aspiciat signū illd̄ ascn̄s qd̄ est signū sui honorꝭ accipe dn̄m honorꝭ p significatore ꝛ relinque dn̄m dom⁹: qꝛ ipse dn̄s honorꝭ est significator ꝓpt̄ defectum dn̄i ascn̄tꝭ nō aspicieñ ascn̄s: vt exēpli grā posito ꝙ aries ascendit: ꝛ ꝙ mars in tali figura nō aspiceret ascn̄s. s. arietē eo ꝙ eēt: vel in. 2ª vel in. 6ª. vel in. 8ª. vel. 12. domo. ꝛ sol aspiceret aliquo aspectu arietē asceñ. tūc recipiēd⁹ esset sol eo ꝙ sol exaltat̄ in ariete relicto marte dn̄o asceñ. ꝛ sic de alijs: qꝛ aspect⁹ planetarū ꝛ loca planetarū fortificant domos ꝛ econtra. Et si nō aspiciat dn̄s honorꝭ signū ascn̄s quod est sue exaltatōis eo ꝙ non aspiciat vel eo ꝙ illud signū nō est exaltatio alicui⁹ recipe dn̄m triplicitatꝭ aut termini post triplicitatē si aspiciat suā dignitatē triplicitatis aut termini post triplicitatē. ipe est tūc significator q̄ōnis: ꝛ semp aspice illū qui fuerit dn̄s hore in omnibus q̄ōnibus: qꝛ magna fortitudo est ei maxime si habeat dignitatē in gra. asceñ. Unde nota hoc de dn̄o hore ꝙ fortitudo ei⁹ in oīre est sicut fortitudo dn̄i asceñ. nisi ipse dominus hore fuerit quōlꝫ impedit⁹. s. aut retrogradus aut cōbustus: ꝛ sic de alijs. Nō eñ tm̄ domin⁹ ascn̄tꝭ illis īpeditis īpeditur de magna parte sicut dn̄s hore. aut sic īuestiga significatorē respice planetā p̄ſes habentē dignitates in. 5. locis qꝛ ipse erit significator ꝛ si dederit vim planete supiori qui supior retineat fortitudinē. superior tūc erit significator. Respice lunā ꝛ locū ei⁹ a quo separat̄ planeta cōiunctōe vel aspectu qm̄ vis magna inest ei. ꝛ silr̄ partē fortune: ꝛ si pleneta fuerit in angulo ascendeñ magna virt⁹ inest ei. ꝛ si fuerit in suis dignitatibus hꝫ etiā magnā virtutē celi: aut sic inuestiget̄ significator si dn̄s rei quesite aspiciat dn̄m ascn̄tꝭ ipse erit significator: ꝛ cū his duob⁹ fiet iudiciū: qui si nō aspiciāt vide si dn̄s exaltationis et dn̄s rei q̄site se aspiciāt cū his fiet iudiciū. si aūt nō sit aspect⁹ inter istos cōsidera lunā ꝛ dn̄m rei quesite. significator aūt sp̄aliter īfirmi sic fm̄ haly abenragel inuestigari pōt aspice almuten sup ascn̄s et sup solē ꝛ sup lunā ꝛ sup dn̄m partis fortune ac dn̄m hore ꝛ ille est qui est fortior in figura inter illos videlꝫ. 5. ꝛ fm̄ illū significatoreꝫ infirmi poteris inuestigare hoc modo p̄ticulaꝫ patiētem. Pro declaratōe supradictoꝝ: aspice almuten īfirmi ꝛ vbi ille est infortunat⁹ ibi est egritudo: ꝛ si ipse fuerit infortunat⁹ supra terrā erit infirmitas in parte dextra ꝛ si sit infortunat⁹ sub terra erit in parte sinistra. ꝛ si fuerit infortunat⁹ in signo multarū ascensionū vt in gemīs in cancro in leone ꝛ in virgine īfirmitas occupabit totū corp⁹: ꝛ si in signo paucarū ascensionū: vt in capricorno: aquario: piscibus: ꝛ sagittario tūc est diminutio mēbri: ꝛ si in signo equaliū ascēsionum vt in ariete: libra: tauro: ꝛ scorpione: tunc est in corde. aliter etiam penes partem loci infirmitatis poteris particulam patientem inuestigare: que pars loci infirmitatis fm̄ eūdem haly accipitur a gradu dn̄i hore in gradum solis: ꝛ p̄ijcitur ab initio signi arietis dādo cuilꝫ sig. 30. g. ꝛ vbi nūerus finit̄ in illo mēbro est īfirmitas dādo caput arieti. ꝛ sic ꝺ alijs. āt sic īuestiget̄ p̄ticl'a

patiens. Respiciat᷑ quis sit dn̄s sexte dom⁹ ⁊ videat᷑ in qua domo sit. si sit in ascēdēte erit infirmitas in capite. si in scd̄a in collo. etiaʒ si sit in ariete est in capite īfirmitas: ⁊ in tauro in collo: ⁊ sic de singulis. Juxta hoc diligent᷑ cōsidera ꝙ duplex est via inter ceteras ꝑqui rendi ꝑiculū patientē. vna ꝙ capiat᷑ dn̄s sexte si sit corruptor ⁊ tunc est videnđ⁹ ordo signoꝝ vtputa si sit in ariete est egritudo ī capite ⁊ sic de alijs. alter mod⁹ ⁊ exquisitior videatur q̄s maloꝝ planetarū malo aspectu corrūpat dn̄m ascen̄. q2 ille est corruptor ⁊ ẜm illum attendēdus est ordo domoꝝ ꝙ si sit in ascen̄. erit egritudo in capite si in scd̄a domo ī collo erit egritudo: ⁊ sic de alijs. Nota h̄ ꝙ corruptor dicit᷑ eē planeta mal⁹ siue sit mal⁹ per naturā vt saturn⁹ mars siue sit bon⁹ planeta aliūde īpeditus: vt si esset retrograd⁹ vel cōbustus: ⁊ inspice si fuerit cōiūctio vel aspect⁹ inter dn̄m ascēdēt̄ aut lunā ⁊ dn̄m sexte ⁊ diē sēpationis a ꝯiūctione partiū. i. radioꝝ q̄m q̄ tum durat lumen dn̄i sexte cū altero duoꝝ significatoꝝ tantū morb⁹: ⁊ q̄n fiet sēpatio luis eoꝝ incipiet morb⁹ separi ab infirmo. planete associant᷑ dn̄o ascendētis q̄n dn̄s ascen̄. est fortis ⁊ aspicit ascēdēs ⁊ fort⁹ q̄n est in ascēdente: ⁊ quāto ꝓpinq̄or est angulo ascēdētis . i. ꝑmo gradui tāto fortior est. Et ponat᷑ grā exēpli ꝙ iupiter sit in ascen̄. ꝑpe angulū fort̄ ꝓpter aliquā dignitatē essentialē: ⁊ ven⁹ sit ī medio celi fort̄ ⁊ luna sit in aliq̄ ꝑte celi sibi cōueniēti respiciēs ascen̄. dn̄uʒ celi ⁊ fortitudo assignabit᷑ ꝑncipalit᷑ ioui ⁊ sibi associabunt᷑ in dn̄io ven⁹ ⁊ luna ⁊ erit influētia amicabilis hūida tn̄. ⁊ maxie si isti. 3. planete vel saltem aliqui eoꝝ sint in signis humidis et h̄ pōt applicari infirmitatib⁹: q2 ẜm dictam constellationē infirmitates prouenientes erunt multū humide. alio modo pōt fieri combinatio ⁊ associatio planetarū cū dn̄o ascendētis vt si mars esset fortis ⁊ esset in septima domo ⁊ iupiter esset in ascendēte fortis ⁊ potēs vt dictū est. mars ꝓpter aspectū oppositū illarū domoꝝ ⁊ ꝓpter fortitudines quas habēt illi duo planete associātur: ⁊ ista associatio marꝭ cū ioue nō esset ad augmentū virtutis iouis sed potius ad nocumentū bone influentie: q2 inter se inimicātur ⁊ natura et ꝓprietate cui⁹ oppositū fuit de trib⁹ planetis antedictis. etiam inimicātur ꝓpter oppositionem situs celi

Alio modo planete inter se associant᷑ in quacūq3 domo sint celi. et hoc per aspectum queʒ habēt inter se ⁊ per cōuenientiam locoruʒ in quibus sunt ipsi planete ⁊ vn⁹ dat fortitudinem suā alteri ⁊ alter recipit et operat᷑ ꝓ eo fortitudinē: ⁊ superior est receptor dispōnis: et leuior pulsat ⁊ mittit suam dispositionē ponderosiori. Unde oīs planeta superior dicit᷑ esse inferiori grauior tardior ⁊ ponderosior. Et ad ꝓpositum tale dat᷑ exemplū de᷑ ꝙ venus sit in tertio gra. virginis ⁊ mercuri⁹ in secundo cancri vel in scd̄o gra. scorpionis aspiciēs venerē aspectu sextili mercuri⁹ cōmittit fortitudinem sue dom⁹ ⁊ sui termini ipsi veneri et venus recipit ⁊ retinet. ⁊ forti⁹ retinet venus istam fortitudineʒ q̄n est in angulo q̄ in alijs locis celi: ⁊ ita ven⁹ pōt adhuc ꝯsequenter cōmittere virtutē suam altiori se si ven⁹ ipsum supiorē existē in dignitatib⁹ essentialib⁹ ipsi⁹ veneris aspiciat aliquo aspectu. tūc ꝯsequenter ven⁹ cōmittit dispositionē suam ipsi superiori vtputa ioui. si iupiter esset in tauro vl' in libra et in terminis veneris: ⁊ q̄to inferior est debilior tanto illa receptio virtutis ipsius superiori est fortior. Et ẜm hunc modū donationis ⁊ cōmissionis virtutis inuestigari pōt significator principalis celi. sic posito ꝙ aliq̄s īferior planeta sit repertus dn̄s ascendētis rōe multitudinis dignitatū essentialiū ⁊ ꝙ ille cōmittat ẜm modū dictum virtutē suam ipsi superiori existenti. s. in dignitatib⁹ essentialib⁹ inferioris: ⁊ se aspiciant aliquo aspectu: tunc ille superior si aspiciat ascendens erit principalis significator. Et in h̄ capl'o simil᷑ nota de accessu seu applicatione ⁊ separatione planetarum adinuicem ꝙ planeta dicit᷑ applicari alteri seu ad eū accedere q̄n radij sui illi alteri cōiungūtur siue hoc fiat per coniūctionem vel per aspectum: sed separari dicitur per oppositum quādo videlicet ille planeta qui applicuerit ab illo cui applicuit recedit. et est applicatio siue accessus fortior q̄ separatio. accessus nāq3 planete futura denūciat. recessus autem ipsius preterita representat. Et nota hic ꝙ q̄nq3 gra. vltimi dom⁹ duodecime propinquiores angulo ascendētis sapiunt naturam ascen̄: ⁊ ita generaliter de. 12. domib⁹. 5. gra. vltimi domoꝝ sapiunt naturam domus immediate sequētis cui⁹ causa dicta est in ca. ꝓcedēti: ẜ fortius. 5. g̃. vlti. 12. do⁹ sapiūt nām

ascendētis plusq̄ .5.gra. vltimi ascendētis sa piūt naturā dom⁹ scđe que dr̄ dom⁹ sube: et nota circa hoc ad ꝓposi tū q̄ si malus plane-ta vt puta saturnus vel mars vel planeta qui est dn̄s octaue dom⁹ sit ꝓpe ascendēs in illis .5. vltimis gra. dom⁹ .12. malū significat ꝛ pci-pue si fuerit ad .2. gra. ꝓpe ascēdēs: vel ad vnū g̃. ꝓpe ascēdēs morte significat et hab3 ibi infortunare totū ascendēs: qđ est dom⁹ vi te et istud trahit̄ ad iudicia infirmitatū.

Argumentū quarte dr̄ie et ei⁹ primi capi.

¶ Quarta dr̄ia de modis ꝯseruādi sanitatē ꝛ obuiandi piculis ꝛ de ingenio expellendi mor bos de corporib⁹ hūanis q̄tū erit possibile ar tifici seu ministro nature. et de modo medēdi et conficiēdi medicinas ꝛ cōfortandi eas per influentiā celi ꝛ precipue p̄ inuocationē nōis dei supra totam influentiā celi.

¶ Primū capl'm qualiter quattuor virtutes corporis humani sunt ꝯfortande ꝛ iuuāde re gnāte cōsimili ꝯstellatione in celo.

Quoniam in

titulo istius capl'i mentio fit de q̃ttuor virtutib⁹ que ꝓpe dicunt̄ administrañ. eo q̄ sint quedā instrumēta virtutū pn̄-cipaliū: ideo prenotanda est hic distinctio vir tutū. virtutū igit̄ quedā sunt pn̄cipales quedā min⁹ principales seu administrantes ṽtutes pn̄cipales. Et sunt duplices vna que est ad cō seruationē speciei que residet in mēbris gña tiuis. ꝛ regit̄ principaliter p̄ influentiā vene-ris. alie sunt ad ꝯseruationē indiuidui: ꝛ sunt tres. prima est vitalis ꝛ residet in corde: ꝛ re-git̄ principaliter p̄ influentiā solis. alia est na turalis ꝛ residet in epate in quo generant̄ q̃t tuor humores sanguis colera fleuma ꝛ melā colia. et ſm diuersitatē illoꝝ quattuor humo rū regūtur pn̄cipaliter a q̃ttuor planetis. Ju piter em̄ sup̄ sanguinē qui ē calid⁹ ꝛ humid⁹ īfluit. Mars supra colerā. Luna sup̄ fleuma Saturn⁹ sup̄ melancoliā. Mercurio aūt non applicat̄ aliqđ sup̄ antedictas virtutes spāle dn̄ium: eo q̄ est planeta quodāmodo neutra-lis influētie: eo q̄ potius virtutē suā alijs pla netis associat q̄ q̄ ſm se influat. hoc tn̄ iuxta nūc dicta ꝯsidera q̄ luna īter supradictos pla netas vl'iorem influēdi vim h3 q̄ aliqs alioꝝ qđ ꝑsuaderi pōt dupl'r. primo ph'ice. ꝛ astrolo- ſcđo medicinalit̄. primo quidē modo q̄ luna oīm humiditatū tam macrocosmi. i. maioris mūdi velut supra declaratū est q̄ microcosmi .i. minoris mūdi. s. hoīs est dn̄a ꝓpter hoc ex nr̄a nobis ſm situm viciniorꝫ vt mixturā entiū īfe-rioꝝ que maxime fit rōne humidi cū hoc ma-xime miscibile sit ſm sententiā phoꝝ regulat et dispōit humores nr̄i corpis supra explicatos moderet ꝛ influēter regat ꝛ disponat. Secū-do ꝛ medicinaliter ꝑsupponendo vt supra ta ctū est q̄ influentialē virtutē hēat supra fleu-ma. fleuma aūt ſm medicoꝝ sniam ē sanguis diminute coct⁹ quare virt⁹ ei⁹ reciprocat̄ sup̄ sanguinis natura: quāq̄dē sanguis est oīm hu moꝝ pn̄cipalis alijs humorib⁹ nō existeñ. ni-si sup̄fluitatib⁹ quibusdā ipsi⁹ sanguinis. Co lera nēpe est ipsi⁹ sanguis spumosa sup̄flui-tas. fleuma ṽo aq̄sa: ꝛ melācolia fetalis ꝛ ter rea. Tertia virt⁹ principalis est aīalis q̄ bip-tita est in intellectiuā ꝛ sensitiuā intellectiua residet in cerebro et pn̄cipaliter est quadrip-tita in virtutē imaginatiuam ꝛ fantasticā resi deñ. in prora cerebri: in discretiuā q̄ residet in media cellula cerebri et in memoratiuā q̄ re-sidet in occipite. prima viget p̄ calidū ꝛ humi dū. scđa p̄ frigidū ꝛ humidū. tertia p̄ calidu3 et siccū. ꝛ quarta p̄ frigidū ꝛ siccū. He ṽtutes ſm oēm naturā sui. s. ſm eoꝝ essentias ꝛ pre-sertim discretiua nō sunt subiecte virtutib⁹ in fluētialibus planetarū ꝛ ceteroꝝ corpoꝝ su-praceleſtiū vt trahi pōt ex verbo p̄rio cētilo-quij ptho¹. superi⁹ declarato: subiecte attn̄ sūt ꝯsiderate ſm earū esse. esse inq̄ existētie put organo videlicet cerebro alligate sunt. cerebri tn̄ cōplexio influētie lune ꝛ veneris rōne cō-plexionalis simboli dicit̄ subiacere. Et he vir tutes ꝛ p̄sertim discretiua oīm virtutū nr̄i cor poris sunt dn̄e: ꝛ regulatrices. Sensitiua bi-ptita ē in sensu3 cōe3 ꝛ pticularē. sensus cōis quodāmodo nature est medie īter virtutē in-tellectiuā ꝛ sensitiuā pticularē. ꝛ ob hoc me-diū sitū inter ipsas a ph'is deprehēsum est eā obtinere. Sensitiua pticularis diuidit̄ in .5. ſm .5. sensus. s. in visu3 auditū olfactū gustū et tactū. Virt⁹ visiua residet in oculo ꝛ ꝓpie in humore cristallino. virt⁹ auditiua in aurib⁹ ꝛ fit ꝓprie adminiculo aeris general'r existeñ. post pelliculā aurī: vt aūt ph'i pariter ꝛ medi ci. virt⁹ olfactiua in naso ꝛ ꝓpe in duob⁹ forā culis qui sunt ptes medullares ꝛ cerebrales

affixe cerebro ex opposito duarū narīū: virtus gustatiua in lingua ⁊ ꝓprie in radice eiꝰ: virtꝰ aūt tactiua nō est spāli organo deputata: sed est toti corpori in modū rethis coexpāsa vt dicit̄ scdo de aīa. Primꝰ illoꝝ sensuū viget frigiditate ⁊ hūiditate. Scđs frigiditate ⁊ siccitate. Tertiꝰ caliditate ⁊ siccitate. Et qrtꝰ caliditate ⁊ hūiditate. Quītꝰ vero tēperie viget oīm quattuor q̄litatū primarū tēperie aūt iusticiali vt dicūt medici. volunt nāqꝫ tam phisici ꝙ̄ medici ꝙ tactus est verꝰ iudex qualitatū tangibiliū. s. calidi frigidi humidi ⁊ sicci. si eñ sola caliditate vigeret de illiꝰ qualitatꝫ opposito: puta frigiditate verꝰ iudex nō esset: ⁊ sic suo modo deduci pōt in aliis qualitatibꝰ: virtutes ꝙ̄ ministrātes sunt q̄ttuor. s. attractiua digestiua: retētiua ⁊ expulsiua: attractiua viget caliditate ⁊ siccitate: caliditate tanꝙ̄ qualitate actiua ⁊ principali: ⁊ siccitate velut passiua ⁊ minꝰ principali. ⁊ ait auic. fen pⁱma primi cañ. doctrina sexta de virtutibus ꝙ attractio fit aut rōne calidi aut rōne vacui. exēplū primi patet de calore ignis solis vel mēbrorū nostri corpis. exemplū scđi pꝫ de vētosa. digestiua viget caliditate ⁊ hūiditate: qꝛ illa inť administrātes virtutes est principalissima: qꝛ humido radicali ⁊ nr̄is mēbris simillima. i calido nēpe ⁊ humido nr̄a consistit vita viget in ꝙ̄ caliditate velut qualitate actiua ⁊ pncipali humiditate velut passiua ⁊ minus pncipali. Retētiua viget frigiditate ⁊ siccitate. frigiditate tanꝙ̄ actiua ⁊ principali siccitate autē velut passiua ⁊ minꝰ principali. frigiditatꝫ nāqꝫ ē cōprimere ⁊ siccitatꝫ ꝯpssa bñ retinere. Expulsiua aūt viget frigiditate ⁊ hūiditate frigiditate velut actiua ⁊ principali humiditate velut passiua ⁊ minus principali. frigiditas nāqꝫ supfluitates cōprimit humiditas ipsas supfluitates pariter ⁊ mēbra ad labilitatem disponit: ideo sic causat̄ expulsio. Attractiua vt volūt medici viget per vilos longitudinales ⁊ retētiua ꝑ vilos latitudinales: ⁊ expulsiua ꝑ transuersales. digestiua aūt que est illarū virtutū principalis vt dictum est his vilis sic ꝑticulariter nō eget: sed alie ipsa suis vilis subſuiūt sufficiēter. attractiua eñ digerenda attrahit retentiua illud qđ digerit̄ quousqꝫ digestuꝫ sit retinet: expulsiua illud qđ ex digestione supfluū est reiicit ⁊ expellit. He virtutes administrātes velut diligentes famule virtutū principaliū oībus mēbris nr̄i corpis sunt isite ad vite nostre cōtinuationem: et qꝛ quicquid in istis inferioribꝰ est se habꝫ passiue ⁊ particulariter ⁊ a corporibus celestibꝰ est et depēdet actiue ⁊ influēt. Ideo ꝯsiderand est ꝙ virtus attractiua principaliter per influētiam viget solis qui est calide ⁊ sicce influentie temperate ⁊ nō martis qui corruptiue est nature. digestiua virtus viget per influentiam iouis. retentiua per influentiā saturni. expulsiua per influentiā lune. Et predictis planetis associari possunt hi planete qui cum ipsis in altera qualitatū vel ambabꝰ simbolizāt Pro declaratōe hoc ānectendū est ꝙ velut in celo duo sunt planete qui de per se ad vite ꝓductionem aut eiusdē cōtinuationē nō influunt saturnꝰ videlicet ⁊ mars. Ita in corpore nostro sunt mēbra que ad vite cōtinuationeꝫ nō deseruiūt nisi per accñs scꝫ cistis fellis que est supflue ⁊ nimiū caustice colere recollectoriū: ne ex ipsa mēbra aut exardescant aut saltem febrili calore ⁊ siccitate nimiū infestent. Et splen qui est torcular sanguinis ⁊ supflue fecis sanguis puta melācolie recōditorium ⁊ crater. primo illoꝝ membroꝝ preest mars ⁊ secūdo saturnus. ❡ Circa predictoꝝ de quattuor virtutibus ministrātibus declarationem Notandū est primo circa virtutē attractiuam que viget vt dictū est caliditate ⁊ siccitate in corpore mixto ex elemētis sic debet cōfortari qñ viget similis virtus in celo: vt qñ luna est in signo calido ⁊ sicco vt ariete ⁊ sagittario: nō aūt luna exīte in leone qꝛ leo est signū fortissimū ⁊ habet influentiā in corde hominis ⁊ subseqūēter in stomacho virtus eius est adeo fortis ꝙ leo nō debet eligi pro operibus medicine siue luna sit sub eo siue sit ascēdēs nec pro laxatiua nec pro flobotomia nec pro confectionibus faciendis: ⁊ cōfectiones fiēde ꝑ attractiua etiā debent fieri luna existēte sub ariete vel sagittario: nō autē sub leone vt dictum est: ⁊ qui est festinus ad subueniendum virtuti attractiue: ⁊ nō potest expectare lunā ad arietē vel sagittꝫ. eligat ad minus ascēdēs celi arietem vel sagittariuꝫ vt superior radix confortet radicem inferiorem. similiter q̄ vult confortare virtutem retētiuam eligat lunā esse in signo frigido ⁊ sicco: vt in thauro vel virgine nō autem in capricorno: quia est signum retrogradum ⁊ de cōfectionibus. similiter de

festinatione intelligenduz est sicut prius suo modo est dictum de iuuamine virtutis attractiue. Et qui vult confortare virtutem digestiuam eligat ꝙ luna sit in signo calido ꝛ humido vt in geminis et in prima medietate libre ꝛ in aquario ꝛ de confectionibus similiter: et festinatione intelligendū est suo modo sicut prius. Similiter qui vult confortare virtutez expulsiuam eligat lunam esse in signo frigido ꝛ humido vt in cancro scorpion. ꝛ piscib' et similiter de cōfectionibus ꝛ festinatiōe sub ppria cōstellatiōe iuuāre. Et operandū ē per doctum medicum: ꝛ sic est finis primi capituli quarte differentie.

Argumentū scđi capłi qrte dĩie.

¶ Secundū capłin qualr humores supflui ꝛ dānosi corporis humani sunt purgādi p aspectum ad planetas influētes sup hūores planetas debilitādo ꝛ signa fortificādo vt mars super colera; iupiter super sanguine: ꝛ sic de alijs.

Humores super

flui corporis humani sunt humores decidētes a temperamento nature ꝛ illi humores inducunt infirmitates et quādoq; mortem: ideo expedit prudēti medico purgare excessum illorum humoꝝ ꝛ reducere ad debitum temperamentū. Et nota qđdam capitulū positū superius in quo agitur de septem planetis influeñ. super varios humores ꝛ varias egritudines. ¶ Notandū igitur ad ppositum ꝙ saturn' influit generalr̄ super melancoliam ꝛ mars generaliter super coleram sicut luna super fleuma. Cum igitur volueris humorem melancolicuz purgare a corpore humano facias ꝙ saturnus sit debilis in celo hora illa qua propinatur medicina. videlicet ꝙ saturn' nō sit in angulis: quia ei' virtus fortificaret̄ ꝛ retineret illum humorem in corpore ꝛ ipsum fortificaret ꝛ per ꝯñs disponit ipsum vt vincat medicinas sit itaq; saturnus cadens ab angulis vt eius fortitudo debilitet̄ nec sit hora saturni: q: eius virt' augmētaretur ꝛ quādo est debilis in celo nō habebit virtutē retinendi humorem ꝛ citius expellet̄. eligas ergo horam iouis aut veneris q: illi planete sunt oppositarū virtutū: ꝛ ꝙ iupiter vel venus sint fortes in celo: ꝛ pari forma dicendū est de marte, qui influit super coleram cū volueris purgare coleram eligas ꝙ mars sit in domo caden. ꝛ nō sit eius hora: sz hora alicui' boni planete. Et circa hec gñalr̄ cōsiderandū ꝙ in omni euacuatione videlicz cuiuscūq; humoris semper vitande sunt hore maliuoꝝ planetarū saturni videlicet ꝛ marꝰ. ꝛ generaliter vitanda est fortitudo eoꝝ in celo in omni opere medicinali laxatiuo ꝛ sic suo modo dicendū est in alijs planetis sup alios humores vim influēdi habentib'. specialiusr̄ tñ cōsiderandū ꝙ q: saturn' assimilat̄ spleni existeñ. frigide ꝛ sicce cōplexionis in hora ipsius aut ipso fortificato in celo malum est purgare splenē. Jupiter est calide ꝛ humide complexionis ꝛ assimilat̄ epati ꝛ ideo in horis ipsius ꝛ ipso fortificato malū est purgare epar: sz bonū est purgare splenē. Mars ē calide ꝛ sicce cōplexionis ꝛ ei assimilatur fel ꝛ renes ꝛ idō in horis eius ꝛ ipso fortificato in celo malū est purgare fel ꝛ renes. habet aūt caliditatem et siccitatem destructiuam. Sol est calide ꝛ sicce cōplexionis tēperate: quia habet caliditatem et siccitatem cōseruatiuā et nutritiuā ꝛ assimilatur ei cor: ꝛ ideo in hora eius et ipso in celo fortificato malū est purgare cor: sed alia mēbra bene possunt purgari. Et nota hic ꝙ sole existente in fortitudine virtutis influentie vt in ascen. vel in angulo medij celi vel in angulo terre bonū est dare medicinā cordialē cordis cōfortatiuā non tamen purgatiuā: ꝛ in isto correlario aperit̄ magna doctrina ministrationis medicinaliū ꝛ rerū operabiliū presupposita sciētia astroꝝ. caue etiam in opere laxatiuo ne leo domus solis sit ascendēs eo ꝙ moueret medicinā ad nauseam ꝛ vomicā dispositionē. Venus est humide ꝛ benigne cōplexionis: ꝛ influit in testiculis: ꝛ idō in hora eius ꝛ ipso fortificato in celo malum est purgare testiculos. Luna est frigide ꝛ humide influentie ꝛ influit super cerebro: et ideo in hora eius et ipsa fortificata in celo malum est purgare cerebꝝ. Mercurius est frigide ꝛ cōuertibilis nature et influit super pulmonem: ideo in hora eius et ipso fortificato in celo malum est purgare pulmonem et incipere applicationem medicine ad mēbrum: sed licet quādoq; in horis ipsorum ꝛ ipsis fortificatis in celo parare et disponere humorem ad expulsionem vel etiam parare et disponere ad medicinam nisi horis Martis vel Saturni.

Considera aūt iuxta predicta ꝙ q̄uis dictuꝫ sit ꝙ maliuoloꝝ planetarū influentia ꝛ fortitudo eoꝝ in celo vitanda sit. attn̄ aduertere debem⁹ sententiā sapiētis ptho⁹. pncipis sciētie astroꝝ. qui fuit in astrono⁹. sicut aristote. in pbia. ypocras in medicina. hector in armis. salomon in moralib⁹ volēs ꝙ ꝯsiderare debem⁹ infortunā vtruꝫ ne fuerit dn̄a natiuitatis aut saltem notabile dn̄iuꝫ habuerit sup natiuitate illi⁹ qui recipere debet medicinā. Nam illi talis infortuna seu maliuol⁹ planeta ꝓdesse posset: vbi alijs nocumentū inferret. mali eīm iuuāt suos vt supra tactū est. ait eīm ptho⁹. in cētiloquio vbo. 10. sic ad litterā. vti oportet in fortunijs in electionib⁹ sicut periti medici vtuntur venenoꝝ ſm cōpetentē quātitatē. Et vult haly in cōmento ꝙ docti astrologi nō solum aspiciūt ad fortunas in electionib⁹: sed primo aspiciūt ad naturā illi⁹ cui eligūt ꝛ rei ꝓ qua fit electio. ꝛ si natiuitas nota fuerit sufficit illis ꝛ fortem faciūt significatorē siue fortuna fuerit siue infortuna. si vero ignota fuerit natiuitas inspiciūt ad naturā ꝛ ad mores illi⁹ ꝓ quo eligūt ꝛ fortificāt illū planetā qui assimilatur illi nature ꝛ moribus siue sit īfortuna siue fortuna. Et assil'auit ptho⁹. infortunas specieb⁹ acuꝫ que sunt quasi venenū cuiusmodi sunt medicine quarti gra. vtputa euforbium ꝛ sic de alijs. quib⁹ prudēs phisic⁹ vtit̄ in quibusdā corporib⁹ in cōpetēti quātitate ꝓpt̄ virtutē earū penetratiuā ad membra longinqua purgāda aut alia quauis rōnabili occasione: sic prudēs astrolog⁹ vtitur infortunis ſm quātitatē esse earū dando videlꝫ eis quātitatem fortitudinis ydoneā. predictis generaliter est ānectendū ꝙ planete ſm se cōsiderati diuersimode influunt sup opus laxationis. Saturnus nāqꝫ impedit operationē medicine. iupit̄ īducit nauseā si sit supra terrā. mars q̄ꝫ ducit vsqꝫ ad emissionē sanguinis. Sol qn̄qꝫ est bonus qn̄qꝫ malus. Ven⁹ est amicabilis. Mercuri⁹ est indifferēs. Multū tn̄ ꝓdest mercuri⁹ si sit sub terra trahit eīm ꝛ inclinat hūores corporꝫ ad descēsum. habēt q̄ꝫ planete influētias ſm earū naturas ꝓprias sup spālibus membris ꝛ humoribus.

¶ Unde saturn⁹ habet aurē dextrā splenē vesicā melācoliā cū pticipatōe fleumaꝫ acris.

¶ Jupiter habet tactū pulmoneꝫ costas cartilagines ꝛ sperma cum sanguine.

¶ Mars habet sinistrā aurē cuꝫ ioue participe colerā renūculos venas testiculos: ꝛ vt vult albumasar epar cum ioue.

¶ Sol cerebrum medullā visum cor neruos ꝛ in omnibus mēbris partis dextre participationem assumit.

¶ Venus habet odoratū ꝛ spina cum ioue nuchā spinā nates lumbos pulmonē matricē vuluā cū luna epar carnē pinguedinem.

¶ Mercuri⁹ habet locutionē deliberationē mēoriā linguā ꝛ vt vult ptho⁹. fel atqꝫ nates.

¶ Luna habet gustum deglutionem stomachū ventrē mulierū pudēda. participationeꝫ in oībus mēbris sinistre partis. hoꝝ planetarū incōmoda siue morbi in hocipso tractatu caplo. 5. differētie. 3. recitātur.

¶ Habēt insuper planete influētiam sup specialib⁹ mēbris rōne existētie eoꝝ in signis vt in ariete: saturn⁹ habet pectus: iupiter vētrē: mars caput: sol femora: venus pedes: mercurius crura: luna genua.

¶ In thauro saturn⁹ habet ventrē: iupit̄ dorsum: mars collū: sol genua: venus caput: mercuri⁹ pedes: luna crura.

¶ In geminis: saturn⁹ vētrem: iupiter verenda ꝛ que succedūt: mars pectus: sol crura et cauillas: ven⁹ collū: mercuri⁹ caput: lūa feōra.

¶ In cancro: saturnus virilia ꝛ eis succedētia: iupiter femora: mars pect⁹: sol pedes: venus brachia et humeros: mercurius oculos luna caput.

¶ In leone: saturn⁹ verenda ꝛ eis succedentia: iupiter femora ꝛ genua: mars ventrē: sol caput: venus cor: mercurius humeros ꝛ guttur: luna collum.

¶ In virgine: saturn⁹ pedes: iupit̄ genua et succedēn. mars ventrē ꝛ verēda: sol collū: venus stomachum ꝛ vētrem: mercurius cor: luna humeros.

¶ In libra: saturn⁹ genua ꝛ succedētia: iupiter oculos ꝛ succedētia: mars verēda ꝛ succedentia: sol humores: venus caput: mercurius vētrem: luna cor.

¶ In scorpione: saturn⁹ cauillas ꝛ succedētia: iupit̄ pedes ꝛ caput: mars brachia ꝛ femora: sol cor: ven⁹ verēda ꝛ succedētia: mercuri⁹ dorsum: luna ventrem.

¶ In sagittario: saturn⁹ pedes: iupit̄ crura ꝛ caput: mars pedes ꝛ man⁹: sol vētrē: ven⁹ femora ꝛ brachia: mcuri⁹ verēda ꝛ cor: lūa dorsū

¶ In capricorno saturnus caput ꝛ pedes iupiter genua ꝛ oculos: mars crura ꝛ humeros sol dorsum: venus femora ꝛ cor: mercuri⁹ verēda ꝛ succedentia: luna femora ꝛ verendorum succedentia.

¶ In aquario saturn⁹ caput ꝛ collū: iupiter humeros pect⁹ ꝛ pedes: mars cavillas ꝛ cor sol verēda ꝛ succedētia: venus genua ꝛ succedentia: mercurius femora ꝛ cor: luna verēda

¶ In piscib⁹ saturn⁹ humeros brachia ꝛ collum: iupiter cor ꝛ caput: mars cavillas ꝛ ventrē: sol femora ꝛ succedētia: ven⁹ dorsū ꝛ collum: mercuri⁹ crura ꝛ verenda: luna femora ꝛ eorum succedentia.

¶ Iuxta hanc materiā cōsideratur ꝙ potentior ceteris parib⁹ est influētia planetarū in signis supra mēbra hois ꝙ in domib⁹: sed qꝛ nunc dictū est in generali de influētijs planetarū inter se cōsideratoꝝ quas habēt sup ope medicinali laxatiuo ꝛ sup mēbra hūana ꝛ silr dictū est de virtute eoꝝ quā habēt in signo super mēbra humana. Nunc dicēdū est de influentijs eoꝝ in speciali quas habēt sup eodem opere medicinali laxatiuo ꝑut sibi inuicē coniungunt̄ ꝛ quas habēt existētes sub diuersis signis. prenotandū igit̄ ꝙ nō simılıt̄ se habēt planete ꝑ cōparationē ad humores nostri corporis euacuādū sicut ꝛ signa celi. nā vt supra patuit in euacuādo humorē vitanda erat influentia ꝛ fortitudo planete simbolū habētis vel virtutē influēdi sup talē humorē. sec⁹ aūt de signis: nā in euacuādo humorē aliquē eligendū est signū simbolū habēs cū illo humore: ita ꝙ tale vel sit ascēdeñ vel ꝙ luna sit sub ipo. depto vt predictū est leone cui annectit̄ capricor. est eñ vt supra tactū fuit capricor. odiosus. deptis quoqꝫ signis ruminātib⁹ cuiusmodi sunt aries taurus ꝛ capricorn⁹. ꝛ nec sub ipis similit̄ nec sub leone nec capricorno sint luna nec etiā dñs ascendeñ. dempta rursus medietate vltia libre cōputādo a. 19. gra. eius que vocat̄ via cōbusta. demptis etiā tribus primis gradib⁹ signi scorpionis quia luna illic ꝛ maxime in tertio gradu scorpionis infortunatur quia est casus eius qꝛ opposituū sue exaltationis qd̄ est. 3. gra. tauri. Iuxta qd̄ est notandū ꝙ gradus qui est precisus casus alicuius planete infortunat semper gradum ꝑcedētē imediate: ꝛ gradū imediate sequēñ. quia illi multū sapiunt naturā illius gradus qui est casus: hinc est ꝙ etiā quartus gradus scorpionis vitandus est. Circa qd̄ cōsiderandū ē ꝙ planeta existēs sub aliq gra. siue fortunato siue sub nō fortunato sicut tactū ē sapit naturā ꝛ illi⁹ q̄ imdiate ꝑcedit ꝛ illi⁹ q̄ imediate seqt̄. plus tamē sapit naturā illius qui imediate sequitur quia ad illū se applicat: ꝛ ab illo qui precedit recedit. modo vt supra patuit applicatio fortior est ꝙ recessus. vnde cōsidera ꝙ si esset possibile oculū esse in cētro terre videret ꝑ centrū corporis planete ad gra. 9. sphere quia isto modo sumūtur nostre calculationes similiter ꝛ domoꝝ celi cōpositiones sumunt̄ penes nonā spherā. Nota quoqꝫ hic de gra. ascendeñ. in quocūqꝫ climate ꝙ si veniat finis signi vt puta. 30. gra. aquarij ponit̄ ꝑm⁹ gra. piscis ꝑ initio asceñ. in faciēdo figuram celi licet non debeat sic fieri quoad alios gradus celi. causa ꝑmi est duplex. ꝑma ē causa que tacta est: qꝛ gradus posit⁹ in medio aliquoꝝ licet sapiat tam preceden. ꝙ sequeñ. naturā magis tamē sequentis. secūda quia si caperetur vltim⁹ gradus aquarij ꝑ initio piscium tunc illud signū aquarij paucū vigorē haberet in illa domo ꝛ tamē oporteret dñm asceñ. sumere penes aquarium: s3 quādo initiū signi piscis ponitur ꝑ initio tūc totū illud signū est vnius ꝛ vniformis dominij. ꝛ sic dñs asceñ. ꝛ cetera faciliter ꝛ vniformiter ꝭm ipꝫ possunt inueniri ex his facilit̄ pꝫ causa 2ᵃ. Nota itaqꝫ consequenti pro purgatōe quoad signa ꝙ ad cito purgādū egritudines recētes triplicitas aquea est vtilis ꝛ maxie luna existēte in piscibus ad antiquas vō triplicitas terrea ē oportuna dēpto semꝑ capricor. ꝛ plus in hoc valet taur⁹ ꝛ luna sub eo: ꝛ luna sit salua ab infortunis ꝛ in aliquo anguloꝝ vt sit fortior: ꝛ caue ab appropinquatōe lune cū saturno quia significat semꝑ elongationē ꝛ tarditatē in rebus. Considerādū igitur specialiter ꝙ in figura celi facta sup hora sūptōnis ipius farmaci id est medicine laxatiue ꝑncipalit̄ cōsiderare debem⁹ duos planetas scꝫ dñm asceñ. ꝛ lunā hoc notat Ptholo. in centiloquio verbo. 21. sic inquiens. Purgatoriū accipe luna in scorpione vel in piscibus dño ascendeñ ꝯiuncto planete qui fuerit sub terra laudabili. si vero coniunctus fuerit dñs ascenden. planete existeñ. in medio celi patietur nauseā ꝛ vomet medicinā nec in ea morabit̄. Et vult haly in cōme

to ꝙ intelligitur verbum de tota triplicitate aquea ⁊ ibi reddit causaȝ amphi: quia domino ascēdē. cōiuncto planete qui fuerit sub terra humiditates superflue mēbroꝝ obstañ. fortitudini eoꝝ trahūtur ad inferiores partes corporis ⁊ opposito modo fit si supra terrā sit. Et nota ꝙ fortius est in hac re si dñs ascēdē. corporaliter fuerit sub terra pro actu laxatiuo: aut si corporaliter fuerit supra terrā pro inductiōe nausee ⁊ dispositionis vomice. Iteȝ in eodē centiloquio verbo. 19. sic ait Ptholo. si quis purgatoriū acceperit luna cū ioue existente abbreuiatur opus eius ⁊ effectus eiꝰ minuetur: cuius causam reddit haly cōmentator ibidē in cōmēto sic: quia effectus medicine nō est naturalis corpori sed attrahit humores superando plures virtutes: cuȝ igitur natura fortior fuerit ip̄a medicina prohibebit effectū eius: sed iupiter confortat naturā coniunctus lune: igitur ⁊c. Et ampliari potest sententia ptholo. ad existentiā lune cū venere: qꝛ quādo luna est cū venere etiā nō est sumendū farmacū licȝ fortius sit de ioue. Et ratio vtriusqȝ simul potest esse hec quia ex quo luna ē humide cōplexionis: ideo ratiōe cōiunctiōis eius cū ioue aut venere qui sunt planete humidi mēbra nimiū humida reddūtur ⁊ per cōsequēs ad fluxū nimis excessiue pcliuia ⁊ p cōsequēs medicina maxie ratōe humiditatis veneris nimiū duceret. ⁊ similiṫ ratiōe fortitudinis iouis similiter humiditatis eius. luna eñ cōiuncta ioui adeo naturā cōfortat: vt ꝙ medicina nō possit vincere naturā: cū tñ de ratiōe medicine laxatiue sit ꝙ naturā vincat. Cōsulunt attamē aliqui ꝙ luna existēte cū ioue nō dētur medicine laxatiue integra dos. ẜ fortasse si necessitas esset. 10. aut. 12. pars eiꝰ ⁊ illud de facto visuȝ est per experiētiā in quodam egro qui cepit facile medicinaȝ al's per eundē receptā ⁊ ductus fuit per ip̄aȝ vsqȝ ad vltimū fere potētie sue nature ⁊ vsqȝ ad mortis periculū: ⁊ hoc est intelligenduȝ quicquid hali cōmētator dicit ad verbū ptholo. dicitur ꝙ intelligitur ⁊ effectus eius scȝ sanitatis minuetur: fortius quoqȝ vitāde essent dicte coniunctiones luna existente recepta a fortuna ⁊ dominio ipsius lune respicieñ. eā a tertio vel sextili: ⁊ maxie caue ne luna sit in leone in dādo famarcū ⁊ ꝑne leo sit asceñ. ⁊ itellige illud qđ dictū est de cōiunctiōe corporali aut saltē de applicatiōe ad cōiunctionē corporalē ipiꝰ lune ad iouē vel venerē ⁊ nō de aspectu ipsiꝰ lune ad illos duos planetas: imo aspectus lune ad iouē ⁊ maxime ad venerē est valde bonus ad opus laxationis ⁊ bonuȝ est in opere laxatiuo ꝙ sit dñs ascēdē. potēs fortunatus orietalis in angulo rectificatꝰ. his duobus significatoribus adde cuȝ ipsis fortunas in signo mēbri a quo vis euacuare: ⁊ fortificetur illud signū q̄ntū poterit: ⁊ si fortuna posita in illo signo respicieñ. mēbrū habeat i tali signo influentiā supra illud mēbrū erit prestātius ⁊ apta dñm quarte domus ⁊ pone lunā vel dñȝ ascēdē. in signo materie euacuāde semꝑ fortificādo eos: ⁊ caue ne illi duo significatores sint in ascēdē. nec in signo ruminatiuo qꝛ euomeretur medicina anteq̄ operareṫ: ⁊ ꝑ consequēs si velles facere vomere ⁊ purgare partem superiorē stomachi elige alterū significatoꝝ dictoꝝ in ascēdē. vel in signis rumināribꝰ vel in celi medio: ⁊ caue inq̄ntū potes ne isti significatores sint cadētes nec retrogradi nec cōbusti: nec sub radijs solis vel al's infortunati vt pro calida materia euacuāda pone eā in calido signo ⁊ pro humida in humido ⁊ pro melācolia euacuanda appliceṫ luna ioui pro colera veneri: pro fleumate soli: nec applicaṫ luna vel dñs ascēdē. planete retrogrado: ⁊ si medicina est potio melior est scorpio. si electū cancer: si pillule pisces: nō sit luna vel dominꝰ ascēdē. vel pars fortune in quarta domo nec in octaua: nec in cadēti aut infortunati aut in fortune nisi sicut dictū est illa infortuna sit dominus natiuitatis: nō etiā sit dñs domꝰ mortis in aliquo anguloꝝ ⁊ presertim in asceñ. nec cōmixtionē habeat cū aliquo significatorū nec habeat magnā potestatē hora sumptionis medicine. ¶ Et qꝛ dictū ē de medicinis laxatiuis videre restat de restrictiuis: pro quo notanda sunt sequentia ꝙ videlicȝ luna sit in gradu sue exaltatiōis iuncta ioui per corpus aut applicās ei ex radijs: sit quoqȝ tam luna q̄ planeta cui ip̄a luna applicat de tardo cursu non tamē sit retrogradus ille planeta cui luna applicat: ⁊ si isti duo sint accedentes ad septētrionē prestabilius erit: caue a venere ⁊ marte ⁊ quo ad signa bona est triplicitas terrea dēpto capricorno ⁊ vtilior est thaurus ⁊ cōpetēs est aquarius. Qꝛ si medicina debeat sumi pro vomitu elige signa rumināria ⁊ cau

erum tam ascēdētia q̄ luna existeñ. sub ipsis ꝛ q̄ dñs ascendē. sit in celi medio: ꝛ si iret ad suā exaltionē esset prestabilius. aptaq̄ȝ signū mēbri. vnde aptare signuȝ est eligere q̄ illud veniat ad bonā domū celi: ꝛ si bonus planeta sit in illo signo aut domo aut saltem aspiciēs tanto melius ꝛ ad gargarisanduȝ eligatᷣ ascē deñ. aries vel cancer vel luna sub aliquo illorum signorum sit luna salua ab infortunijs: sed de cristeribus considera q̄ luna sit in prima medietate libre vsq̄ȝ ad .19. gradum vel in scorpione dēptis quattuor primis gradibꝫ ꝛ dñs ascēdē. nō habeat aspectū ad dñm domus sexte habeat tamen luna aspectū vel dominus ascendeñ. ad venerē eam aspiciendo sextili vel trino aspectu hoc iuuabit ꝛ plus valet aspectus lune ad venerē q̄ ad iouem ꝛ elige si possis in his operatiōibus q̄ luna sit recepta a fortuna aut saltē ab infortunijs libera: nō tamē sit cōiuncta corporaliter ioui vel veneri quia abbreuiaretur opus medicine cū malo effectu nimis laxando ꝛ debilitādo corpus ꝛ extrahēdo eque bonos humores a corpore sicut malos: ꝛ ista eadē est causa dictorū de cōiunctionibus eorum supra in passu vbi determinabatur de medicinis laxatiuis.

Argumentū tertij cap. quarte drie.

¶ Tertium capitulū qualiter totum corpus humanū corruptibile habet aspectum ad celum ꝛ quelibet eius pars: ꝛ in curis ordinandis potest considerari certa ordinatio celi vt facilius cura acquiratur si cura per artem sit possibilis.

Otum corpus

t humanū subijcitur celo: corpus humanū corruptibile poniᷣ hic ad differētiaȝ corpoꝝ humanoꝝ glorificatoꝝ q̄ nullo modo subiacent celo nec suis influētijs sicut sunt corpora sanctoꝝ: sed ista nostra corpora que sunt inferius subijciūtur celo. teste sancto Thoma de aquino in sūma cōtra gētiles sic dicēte. Corpus humanū subijcitur celo: intellectus vero noster subijcitur angelis: volūtas nostra nō subijcitur nisi soli deo: ꝛ oīa hec subijciūtur deo. Nunc igitur videndū est qualiter corpus nostruȝ ꝛ per quā formā subijcitur celo: ꝛ circa hoc in kalēdarijs antiquis: speculatiui antiqui depinxerunt hominē nudum qui super caput habet arietē: in collo thaurū: in brachijs duos geminos: in parte superiori pectoris cancrū: cōtra stomachū ꝛ cor leonē: in parte superiori ventris signuȝ virginis: in parte inferiori ventris descendēdo vsq̄ȝ ad pudēda signum libre in mēbris generatiuis scȝ in pudenð. scorpioñ. in coxis sagittariū: in genibus capricornum: in tibijs aquariū: in pedibus signuȝ piscū: et ratio istius est quia signū arietis influit in capite homis ꝛ oium animaliū: thaurus in collo: ꝛ sic de alijs descēdendo vsq̄ȝ ad finē signorum. Unde dicit allabicius q̄ aries habȝ corpus ꝛ faciē: thaurus colluȝ ꝛ gutturis noduȝ gemini humeros ꝛ brachia ꝛ manus: cancer pectus cor stomachū costas splenē ꝛ pulmonem. leo stomachū cor latus ꝛ dorsum. virgo ventrē anteriora telas ꝛ intestina. libra lumbos: ꝛ inferiora ventris vmbilicuȝ pectinem. scorpio verenda testiculos vesicam anū. sagittarius femora. capricornus genua. aquarius tibias vsq̄ȝ ad inferiora cauillarum. pisces pedes: ꝛ idem ordo potest directe attendi in infirmitatibus penes domos dando caput ꝛ faciem ascendēti ꝛ sic de singulis.

¶ Proportionatis itaq̄ȝ celestibus signis ad mēbra nostri corporis procedenduȝ est ad curam ipsorū ꝛ totius humani corporis aspice in omi tempore curationis ad locuȝ morbi in corpore. q̄ si fuerit egritudo in aliquo illorum triū mēbrorū: puta vel in capite gutture aut pectore superiori: cura eam cuȝ luna fuerit in vno illorum triū signorū: puta in ariete necnō in thauro aut geminis que est pars superior: ꝛ si fuerit in parte secūda corporis scȝ a spatulis vsq̄ȝ ad vmbilicū: cura similiter eam cum luna fuerit in cancro vel in leone vel in virgine ꝛ est hec pars media. si fuerit egritudo in parte inferiori corporis videlicȝ ab vmbilico vsq̄ȝ ad genua tā ante q̄ retro cura eā etiā vel luna existēte in libra vel in scorpione vel in sagittario. ꝛ si fuerit morbus a genu vsq̄ȝ ad pedes sit similiter luna vel in capricorno vel aq̄rio vel in piscibus: ꝛ exquisitius esset si luna esset in membro respiciente distincte membrum curandum vel saltem sit tale signum ascendens. vt si velis caput curare sit luna in ariete vel saltem aries ascēdat: sed sicut supra dictū est nō sit luna in ascē. qm̄ ibi infortunatur: ꝛ scias q̄ oīs egritudo ꝛ dolor existēs

a capite vsque ad pectinē dz curari luna exi-
stēte int̄ angulū terre ꝛ mediū celi q̄ pars dr̄
ascendeñ ꝛ pars alta celi: ꝛ si fuerit a pectine
vsq; ad inferiorē partē pedis curabis cum lu
na fuerit inter decimā domū ꝛ angulū terre q̄
est pars inferior circuli ꝛ sic in alijs egritudi-
nibus: ꝛ sit luna iuncta fortune aucta lumine
ꝛ nūero ab infortunijs salua ꝛ in angulo pre
terq̄ in asceñ. ꝛ sit in asceñ. fortuna asceñ. qz
significabit curā. Et caueas in omi curatione
ab hora martis ꝛ eius influētia ꝛ ne luna vel
dn̄s ascēdē. iūgat̄ ei ꝛ presertim ne luna iun
gatur ei in signis terreis vel igneis: ꝛ ne lu-
na vel dn̄s ascendē. aspiciat eā malo aspectu
maxie in cremēto lune ꝛ in cura oculoꝝ ꝛ ca-
pitis ꝛ pone iouē fortunatū ī ascēdē. vel i. x.
10. vel. 9. ꝛ si vis curare fascinatū vel malefici
atum vel demoniacū sit mercuri⁹ in suo termi
no vel in alijs dignitatib⁹: ꝛ sic multū valet si
esset mercuri⁹ in p̄mis septē gradib⁹ virginis
qz esset in sua domo ꝛ suis terminis: aliunde
tamē nō sit impedit⁹ intelligēdū quoq; q̄ me
lius esset q̄ luna esset in p̄ncipio inceptōis cu
re in signo mobili aut cōmuni q̄ fixo: quia si ē
signū fixū protēdit cure ꝓlixitatē: ꝛ inter fixa
plus vitandus est leo ꝛ acceptabilior taurus
īmo vt supra patuit in egritudinib⁹ antiquis
ꝛ fixe radicalitatis omīno eligēdus est taur⁹.
Inter quoq; mobilia plus vitādus est capri-
cornus: ꝛ ne mireris si plus in donationibus
laxatuarū medicinarū ꝛ alijs medicine ope-
ribus attēdamus existentiā lune in celo q̄ al-
terius planete: ipa em̄ celoꝝ est nūcia. hic em̄
annectēdū est q̄ sicut supra dictū est q̄ signa
celestia respiciūt naturali quodā respectu mē
bra nostri corporis: ita eadē signa ꝛ stelle eis
insite influunt etiā supra medicinas tam sim
plices q̄ cōpositas illis mēbris debitas ꝛ ab
eisdē euacuat̄. verbi gratia. stelle que habēt
influentiā supra caput collū ꝛ pectus homis
sicut sūt stelle arietis ꝛ tauri ꝛ geminoꝝ influ
unt singulariter supra ierapigrā: ideo ipa ha-
bet vim singularē imperio creatoris a capite
collo ꝛ pectore ꝛ nō ab inferioribus mēbris:
ꝛ hoc exēplū est ꝓ medicinis cōpositis. simi-
liter pro capite ē dicēdū de illa simplici medi
cina puta aloe ꝛ mirabolani. ꝛ a pectore simi-
li ratione euacuat hoc compositū medicamē
puta dyasene: ꝛ istud simplex puta agaricus
quia specialē influētiā super cōpositiōe ꝛ ge-
neratione eorū habuerūt stelle cancri leonis
ꝛ virginis. pari ratione a stomacho illud eua-
cuat compositum medicamē puta dyairis: ꝛ
istud simplex scz casia fistula ꝛ similit̄ mirabo
lani scz ratione stellarū cancri leonis ꝛ virgi-
nis. simili de causa similiq; modo euacuat ab
epate hoc cōpositū medicamē electm̄ de suc-
co ros: ꝛ illud simplex scz fumus terre scilz ra
tione influētie p̄ncipaliter virginis ꝛ p̄ncipij
libre. eodē etiaz modo euacuat a splene illud
cōpositū medicamē pillule inde vl' etiā dyase
ne: ꝛ illud simplex scz sene vel etiā fumus ter
re scz ipe finis virginis ꝛ p̄ncipij libre. eadēq;
ratione suo modo ipsis renibus appropriat̄
hoc cōpositū medicamē puta benedicta ꝛ il-
lud simplex puta saxifragia ratiōe influentie
libre ꝛ scorpionis. matrici etiā simili modo ap
propriatur hoc cōpositū medicamē scz bene-
dicta: ꝛ illud simplex puta coloquintida scilz
libre ꝛ scorpionis. iuncture autē simili ratiōe
cōuenit hoc medicamē cōpositū scz electm̄ de
succo ros. vl' etiā benedicta: ꝛ hoc simplex. s.
hermodactili vel etiā coloquītida. coloquīti-
da quoq; ꝛ hermodactili ꝓpter influētiā stel-
laruz constituētiū signū pisciū virtutē habēt
purgandi pedes ꝛ habet supra iuncturas ma
ximā influētiā capricornus ꝛ post aquarius ꝛ
post pisces. Considerandū attamē circa nūc
dicta q̄ multū conferūt dispositiones qualita
tū medicinaruz ad opera euacuationū. hinc ē
q̄ ad euacuandū a iuncturis q̄ sunt loca mul
tum remota a stomacho ꝛ alijs p̄ncipalibus
mēbris necessarie sunt medicine fortes vt vir
tus earū in via ratione caloris naturalis non
consumat̄ ꝛ oportet eas esse subtiles ꝛ acu-
tas vt virtus earū ad profunda corpoꝝ loca
queant penetrare maxie quia loca iūcturalia
sunt neruosa ꝛ per cōsequēs dense compagi-
nis. Admiratōe quoq; dignū rationabilit̄ exi
stit. vnde tam admirabilis vis existat tā me-
dicinis q̄ stellis: medicinis scilz passiue ꝛ stel
lis actiue: sed hec omi semoto hesitatōis scru
tinio a summo oīm rerū conditore ac creatore
ipsiusq; poteti ꝛ omi perfectiōe digno impe-
rio ꝓfluit ꝛ dependet: ꝛ nō solū hec vis mero
subiecta iuri naturali: sed ꝛ oīm virtū tam sen
sibiliū q̄ intellectualiū cunctarūq; reruz tot⁹
nature subiecta vultui ei⁹ ineffabili bonitate
dependet mltimode: ordine quoq; ꝛ nexu no
bis incōprehensibili extat ꝯnextura ipi summo

bono qđ deus existit velut origini simul ꝛ fini lege innititur naturali. iuxta dictū boeticū in de philosophico consolatu libro .3. metro .3. Repetunt proprios queqꝫ recursus redituqꝫ suo singula gaudēt nec manet vlli traditus ordo nisi qđ fini iunxerit ortuꝫ stabilemqꝫ sui fecerit orbē. Et quia supra dictum est ꝙ corpus humanū habꝫ ordinē ad influētiā signorum: vt influentia arietis supra caput: ꝛ sic de singulis pretermittēdū nō est in presenti materia ꝙ etiā corp⁹ nostrū humanū habet aspectum ad influentiaꝫ .12. domoꝝ vt puta caput ad ascendeñ. collum ad domū secundā: ꝛ sic deinceps ꝼm ordinē domorum vt dictum est clarius superius. Unde bene aduertendum est ꝙ si curare velis caput siue per medicinaꝫ laxatiuā siue per alterationē aut aliud. multū cōgruū erit ꝙ in domo respicieñ. caput ponatur fortuna nō aliunde impedita: ꝛ prestabilius esset ꝙ aries ascenderet nisi ꝙ vitari deberet medicina laxatiua siue luna eēt sub eo vel siue aries ascenderet quia timor esset de vomitu: ꝛ hoc est solū ratione illius ꝙ aries ē signū ruminatiuū: ꝛ sic de alijs dicendū est ꝙ si velis curare collū sit fortuna in secūda domo: ꝛ prestabilius esset si thaurus ꝯstitueret domū secūdam. ꝛ sic videndū est cōsequēter discurrēdo per alias domos: lunā aūt solū dispone in suo signo velut supra tactuꝫ est. si tamen signū in quo est luna constitueret domū respicientē mēbrū cui mēbro esset medicādū tanto prestātius esset: sed tamē bene semper considera ꝙ nullo modo fiat incisio in mēbro luna existēte in signo hoc membrū respicieñ. His dictis generalit̄ annectendū est ꝙ in omni electione cuius effectū quis desiderat ꝛ ad ꝓpositū intelligim⁹ de medicinali electōne septem sunt consideranda. Primum est aptare seu fortificare planetā vincentē in natiuitate vel saltē nature ꝛ moribus eius cui fit electio cōuenientē. Secundū est aptare planetā qui fuit dux proxime preterite cōiunctōis vel oppositiōis luminariū: qꝛ ipe habet significationem super omēs qui fiunt inter ipa tempora media. Tertiū est aptare graduꝫ ascendeñ. ꝛ eius dñm. Quartū est aptare gradū vtriusqꝫ luminaris ꝛ dñm hore: ꝛ si hec impedita fuerint nullū erit remediū. vt testat̄ haly. ꝫ oportebit electionē differre. Quintū est aptare domum ꝛ planetā significantē rem ꝛ genus electionis ac ipius planete vltimū receptorem. Sextū est aptare gradū medij celi. Septimū tandē partē fortune ꝛ domū quartā que est finis rei. Unde nota ꝙ aptare domū aut planetam nihil aliud est ꝙ̄ eligere tēpus in quo fuit in dispositione apta ꝛ bona in ipso celo.

Argumentū quarti cap. quarte dr̄ie.

¶ Capitulū quartū de electione influentie celi circa curam oculoruꝫ ꝛ auriū ꝛ de eius subtili ingenio.

Quia in isto capitulo tractandū est de influētia celi super oculos corporis humani ꝛ super aures ꝛ de modo medendi ꝛ ꝯseruādi sanitatē taliū organoꝝ. Primo videndū est qs sit oculus. oculus est mēbrum rotūdū radiosuꝫ lucidū septem tunicis ornatū ꝛ cōstans ex tribus humorib⁹. ꝛ est ornatū septē tunicis a ꝓprietatib⁹ septē planetarū: ita ꝙ quelibꝫ tunica ipius oculi participat cū certo planeta incipiēdo a saturno: consequēter descēdendo vsqꝫ ad lunā vt pōt patere discursu perspectiue theodosij. oculus ē constās ex tribus humorib⁹ qui sunt isti: cristallinus qui est sedes virtutis visiue ꝛ participat cū natura aeris. humor citrin⁹ qui participat cū natura ignis. ꝛ humor albugine⁹ qui participat cū natura aque. Uisa cōsideratiōe oculi in se videndū est de influētia celi super oculū: ꝛ de cura ei⁹ considerandū vtrū ocul⁹ patiat̄ ratiōe humoris abūdantis in cerebro descēdētis ad oculuꝫ: vel ꝙ sit tela in ipo vel aliqua macula vel vesica. si sit impedimentū ex parte humoris cerebri purgādū ē cerebrū ab illo sup̄fluo humore ꝑ medicinā cōpetētē luna existeñ. in piscib⁹ vel in ariete vel i thauro: ꝛ prestantius ē ad hoc signū arietis: ita tñ ꝙ aries luna existente sub eo nō ascēdat: hoc est ꝙ nō ꝯstituat domū primā rōne infortunij lune in asceñ. ꝛ licet rōne ruminositatis arietꝭ ascēdeñ. nō esset bene eligēdū tamē minus malū in illo esset ꝙ̄ si luna esset sub eo. ꝓptea cōsidera iuxta ante habita ꝙ ꝑsentia lune in aliquo signo ad opera medicinalia multo p⁹ valet ꝛ fortior est ꝙ̄ ꝙ signū aliqđ nude ascēdat: ꝛ sic de alijs bonis planetis dicēdum est suo modo. s. de ioue sole venere ꝛ mercurio. Purgato igit̄ cerebro applicet̄ aqua vel alia materia cōueniēs ad purgāduꝫ oculū magis

extrinsece ꝛ ad ꝯfortādū ipꝫ eligēda est luna in ariete dū tamē materia nō sit corosiua tunc eīn eligēdus ē thaurꝰ. Si vero sit tela in ipso oculo vel aliqua macula vel vesica quare eēt necesse ponere ferrū vel materiā corosiuā: videndū est cū magna deliberatiōe ꝛ quādoqꝫ ꝑ mensem anteq̄ debeat cura inchoari vt possit haberi cōpetēs celi influētia ad talē operationē inchoandā. ꝛ pmū quidē est ꝯsiderādū ꝙ luna nō sit in ariete nec aries ascēdat eo ꝙ tangere mēbrū ferro luna existēte in signo talis mēbri verēdū ē. Secūdo cōsiderandū ꝙ luna sit in cremēto ꝛ velox in motu. Tertio ꝙ luna nullā influētiā recipiat a marte per aspectum vel per ꝯiūctionē: qꝛ magnū dānū mars influit oculis ꝛ est dānator oculoꝝ ꝛ totiꝰ capitis maxīe in cremēto lune. Quarto perpēde ne cura oculoꝝ inchoeť hora martis vel saturni sed peior est influentia martis. Quinto ne mars sit ascēden. celi vel in ascen. natiuitatis egri qui sciret natiuitatē: qꝛ ascēden. habꝫ caput. Si possis vltra ꝑdicta fac vt pars fortune non sit in q̄rta domo octaua nec sexta. ꝛ ad bene eligēdū influētiā cōpetentē sit luna in cācro aspiciēs iouē vel solem vel venerem aspectu amicabili. luna in vꝰgine ꝛ in pma parte libre ꝛ in aquario ꝛ secūda parte piscū vtilis ē post thaurū: nō tñ sit in fine signoꝝ q̄ sūt termini maloꝝ ꝛ deterior esset luna in fine piscū ꝓpter approximatōnē ad arietē q̄ in fine alioꝝ signoꝝ dictoꝝ. Caue etiā in omibꝰ medicinis tangen. oculos quacūqꝫ via ne parētur sub influētia martis nec ꝙ plus ē vasa vitrea in quibꝰ medicine oculoꝝ recondi debent in hora martis nō mūdenť qꝛ veniret fortasse in cōueniēs vel fractio aut inepta ꝯseruatio medicine in eisdē: ꝛ q̄nto peior esset mars vt puta retrogradus combustus tanto esset peius. Multū natura humana ad custodiā oculorū laborat: qꝛ oculi sunt fenestre aīe per quas fenestras videt colores ꝛ figuras. Et vt diċ plato oculi participāt cū cerebro in genere luminis intellectꝰ recipit lumē sp̄ūale ꝛ oculus lumen corporale: ꝛ oculus ē pinguis ꝛ lachrymosus: est pinguis ratiōe participāte cū natura cerebellari ꝛ lachrymosus ratiōe participāte cum natura aque.

¶ Aures sunt mēbra seu organa nobilissima tortuosa cōcaua ex instrumētis aīe quibꝰ soni ꝛ voces discernūť sapiētie ꝛ sciētie sūt susceptibibilia dicēte Aristo. i. methaᶜᵉ. Nā aīalia auditu carētia sunt indisciplinabilia. circa cuius ꝯsiderationē medicinalē per influētiā celi omīa que dicta sunt de adiutorio ꝛ nocumēto oculoꝝ memorāda sūt ad sanationē auriū: excepta ista differētia ꝙ oculi requirūt medicinas tēperate frigidas ad eoꝝ cōseruationē nisi in hoc ꝙ aqua ardēs prodest oculis dolorem tamē infert: ſ alie aque medicinales appropriate oculis tēperate debēt esse in calore ꝛ frigiditate ꝛ plus participando naturā calidam q̄ frigidā. oppositū est de auribꝰ: qꝛ aures requirūt aquas seu medicinas magis tēdentes ad calorem q̄ ad frigiditatē ꝓ earum cōseruatione. ad curā vero oculoꝝ vel auriū istud capl̄m simpliciť non sufficit quo ad celi influētiā sed multa sunt ꝯsideranda de his q̄ superiꝰ in alijs capitulis sunt declarata. vt verbi gratia. si tu incipis aliquā curā oculoꝝ vel auriū circa cōiūctionē solis ꝛ lune nō nisi male accideret: ꝛ sic de alijs ꝯditiōibꝰ tactis.

Argumentū quīti cap. quarte drīe.

¶ Quintū capl̄m de minera febriū ꝛ de planetis influētibus in ipis ꝛ de ingenio ꝓcedēdi ad curā seqtur in hūc modum.

DE natura febrium

De natura febrium pariter ꝛ celi influentia in cura earū efficaciꝰ ꝑscrutari possint ꝑnotanda est febris diffinitio ꝛ istarū hec generalis distinctio. vnde febris est calor naturalis mutatꝰ in igneā. distinctio quoqꝫ generalis earū ex hac descriptiōe trahi pōt hoc modo. Nā ex quo febris ē calor vt dicit diffinitio ꝛ ipius nois interp̄tatio. diciť eīn a ferueo ferues: vel a phos grece ꝙ est ignis vel lux latine. ideo ſm triplicē calorē nostri corporis triplex ē prima diuisio febris. Est eīn calor spirituū calor mēbroꝝ ꝛ calor humoꝝ. febris generata ꝑ lapsum caloris spirituū diciť effimera ab effimeron grece qđ est nomē cuiusdā piscis solū viuētis ꝑ vnū diē: qꝛ illa febris nō durat vtplurimū vltra spaciū viniꝰ diei: nō aūt durat vltra spaciū triū dierū. qm̄ in putridā ꝯuertiť ꝛ causať hec sp̄es febris a supcalefactiōe spirituū ꝛ nimio estu aut īteriori aut exteriori: interiori quidem vt ex ira aut sumptiōe cibi aut potus supercalefaciētiū: vel ex exteriori q̄dē vt ex excessiuo exercitio seu nimia mora in sole ꝛ ex alijs indebitis administratiōibꝰ rerum

nõ naturaliũ supercalefacientiũ: ⁊ sicut hec febris ex facili plerũq3 causat᷑ curatur ita facili ⁊ subito remedio puta p simpliciter infrigidãtia potest curari. febris vero generata a supercalefactiõe mẽbroꝝ dicitur ethica ⁊ est illa inter omnes species febriũ lentissima eisq3 diuturnior. primũ patz eo φ ipa est habitualis facta ⁊ equalis fere in gradu ipi calori mẽbroꝝ ⁊ per cõsequẽs lente affligit ipa mẽbra ⁊ fere insensibiliter ipsa ledit: cuius causa est quia dolor est sensus rei cõtrarie: sensus autẽ non causatur nisi per actionẽ vnius contrarie qualitatis in alterã. ab equalib' aũt nõ fit actio: sed actio fit a qualitate predominãte q2 igit᷑ innaturalis febris ⁊ calor ethice febris parũ dominat᷑ calori mẽbroꝝ sequit᷑ φ paucã actionẽ faciat ꝗre ⁊c. Procedit tamen hec febris semꝑ extenuando patientẽ ipm ⁊ absumendo mẽbrorũ humidũ sc3 rorale cambiale ⁊ glutinosum. ⁊ sic tres sunt species ipius febris ethice. Pria que causatur per cõsumptionẽ humidi roralis qđ humidũ rorale dicitur resudare a mẽbris arorans ea. Secũda causatur per cõsumptionẽ humidi cambialis qđ sic dicitur eo φ imediatissime aptũ est ratõne assimulationis mẽbrorũ quã iam acquisiuit ratione caloris mẽbroꝝ aptum inquã ad hoc vt in substãtiã mẽbroꝝ cõuertat᷑. Tertia causat᷑ ex consumptione humidi glutinosi qđ est humidũ actu cõtinuãs ipa mẽbra. Ex his prima harũ facilioris ẽ cure: alijs duab' difficilioris tamẽ cognitionis ⁊ secũda difficilis ẽ cure facilioris tamẽ φ tertia. tertia vero difficillime ẽ curatiõis eo φ nimiũ substãtie mẽbroꝝ est inhabituata ⁊ eidẽ fere coequalis facta. ⁊ hec febris licz ethica a medicis vocatur febris facta ratõe nũc dicta ⁊ eo φ nõ dependet a cõtinuatione delegationis causarũ ipius ab aliq minera. Febris aũt causata a supercalefactionẽ innaturali humoꝝ dicitur putrida eo φ residet in capinosis. i. fetidis humorib' delegatis ab aliqua minera ipius mẽbri. Considerãdum attamẽ φ ex quo febris est prima passio cordis φ nulla species febris causat᷑ nisi cor primo supercalefiat ⁊ sic ipso supercalefacto consequenter alia membra supercalefaciat: ⁊ propter hoc febris dicitur vniuersalis. diuersificatur tamen hec febris tam quo ad materiam φ quo ad minerã. minera in proposito dicitur sedes seu locus originalis alicui' humoris febrilis. quo ad materiã quidẽ diuersificatur febris ꝓm diuersitatem quattuor humoꝝ. febris igitur generata ex supercalefactione sanguinis est duplex. quedam causat᷑ solum ex nimia sanguinis multitudine ⁊ vocatur sinocha: alia ex sanguinis putrefactiõe ⁊ vocatur synochus. Unde metrice synocha de multo sed synochus a putrefacto. ⁊ ei' minera est plerumq3 epar. Febris generata a colera dicitur generaliter tertiana eo φ affligit de tertio in tertium diem: ⁊ sic vocatur interpaulata. quandoq3 tamen infestat continue ⁊ sic dicitur continua: ⁊ diuersificatur eo quia quandoq3 fit ex pura colera ⁊ sic dicitur tertiana vera seu pura que fit in vltimo excessu caliditatis. dicit᷑ causon a caumate qđ est incendium. alio modo fit ex permixtione alterius humoris ⁊ precipue fleumatis ⁊ minera eius est cistis fellis vel etiam epar.

¶ Febris generata a supercalefactione fleumatis dicitur quotidiana eo φ quolib3 die affligit ⁊ eius minera est stomachus eo φ stomachus vt aiunt medici est latrina fleumatis Febris autem generata ex supercalefactione melancolie dicitur quartana eo φ affligit de quarto in quartũ diem. ⁊ diuiditur hec species febris ꝓm diuersitatem melancolie. Duplex enim est melancolia scilicet naturalis ⁊ innaturalis. naturalis est illa que a pricipijs nature nostro corpori inest existens naturali residentia ⁊ fex sanguinis. alia est innaturalis ⁊ illa generat᷑ ab adustione vniuscuiusq3 humoris: ⁊ est minera quartane ipse splen. Et nota circa dicta φ egritudines generate a duobus calidis humoribus dicuntur acute: generate vero a frigidis humoribus ⁊ prefertim a melancolia dicũtur chronice. id est longe seu prolixe. acute regũtur motu lune in angulis celi: chronice vero regũtur motu solis in eisdẽ celi angulis. vt vult ptholomeus verbo. 60. centiloquij albaharim sane ⁊ certe ⁊c. in quo verbo similiter ⁊ in cõmẽto haly ostenditur causa mutatõis oĩ3 morboꝝ curabilium tã acutoꝝ φ chronicoꝝ. vt exẽpli grã. ponat᷑ φ i pricipio morbi acuti luna fuerit i pricipio arietis tũc septia dies ab ea ẽ cretica: cui' causa astronomica ẽ: q2 7a die lũa vẽit ad signũ cãcri nã luna mouet᷑ ꝑ dies duos ⁊. 6. horas. i vno signo vl' circa qđ ẽ oppom i duab' q̃litatib' ipi arieti q2 aries ẽ signũ calidũ ⁊ siccũ ⁊ cancer

est signū frigidum ꝛ humidū ꝛ inter arietē ꝛ
cancrū est quarta pars circuli causans primā
lineā quadrati celi. ꝛ si luna in loco illius qua
dre planetā fortunatū inueniat siue per con
iunctionē siue per aspectū fortius tamen est
per coniunctionē: nā fortificabitur supra mor
bum ꝛ est signū bonū ꝙ si medicus astrologꝰ
prenderet illic illā fortunā ꝑ propicias ꝛ fa
ciles medicinas posset infirmū ad sanitatem
in septima die deducere. Nō si nō ibi fiat cri
sis eo ꝙ nō reperietur bonus planeta ille ex
pectēda est dies. 14. a pncipio morbi q: tunc
luna erit in pricipio libre ꝛ cōcurrūt due cau
se crisis: vt puta oppositio celi ꝛ signoꝝ con
trarietas in vna qualitate: aries eīn calidus ꝛ
siccus est: libra vero signū calidū ꝛ humidū
ꝛ si illic reperiat planeta fortunatus signū est
salutis: si infortunatꝰ ē signū periculi: ꝛ sic si
tūc nō fiat crisis expectandū est quousqꝫ lu
na veniat ad sequētē quadrā puta ad princi
pium capricorni ꝛ erūt. 21. dies ꝛ erit tertiū la
tus ipius quadrati celi ꝙ si similiter nō: expe
ctandū est quousqꝫ luna retrogradietur ad lo
cum initij scilꝫ ad pricipiū arietis. ꝛ sic cōple
bit totā reuolutionē suā ꝛ erūt. 28. dies ꝛ erit
ibi latus quartū ꝛ erit ibi crisis si fortuna re
periat ibi: si infortuna ꝯuertit egritudo acuta
in chronicā. inter hos aūt dies creticos sūt di
es aliqui medij qui vocātur dies indicatiui a
phisicis eo ꝙ indicant signa salutis aut peri
culi vēturi in die cretico proxime subsequēti.
sicut dies quarta ē indicatiua septime qui di
es indicatiui sumūtur per loca circuli signoꝝ
intermedia inter duas quadras: quia illa loca
semper in aliquo opponūtur ipi quadre pre
cedenti. nam presupponēdo exemplū positū
in quarta die luna est in thauro: modo thaurꝰ
est cōtrariꝰ arieti in vna qualitate puta frigidi
tate: ꝛ sic tūc nō erit vis humoris q̄ moueret
in egro sicut fuit in pncipio morbi: ꝛ ꝑ ꝯseqns
natura via deonerationis fortificat ꝛ sic natu
ralius operat ꝛ signū dat medico bone crisis
future in sequēti quadra: ꝛ sic inuestigati sunt
8. anguli circuli signoꝝ penes quos sumūtur
iudicia cretica. ¶ Est eīn crisis velox ꝛ vehe
mens motꝰ morbi cū infirmꝰ vel ad sanitatē
vel ad mortē deducit. est aūt crisis cū natura
a bonis diuidit nociua ꝛ vt ad expellendū fa
ciat apparata. verba sunt Galieni. 2. amphor.
cōº quibus crisis fit ꝛc. Et dicit crisis grece
indiciū latine ꝛ alboari arabice tm̄ valet q̄tū
crisis. vnde crisis est iudiciū: in quo est actor:
natura est reus: medicꝰ iudex: ꝛ accidētia sūt
testes. Et nota ꝙ cōditiōes bone crisis sunt
sex. cōpleta: certa: salua: manifesta: indicatiua
ꝛ in die cretica. Pro quo vlterius notandū ꝙ
dierū q̄dam dicit cretica q̄dā nō cretica. que
dam dicit indicatiua quedā nō indicatiua: ꝛ
q̄dam intercadēs. vnde dies pma ꝛ secunda
sunt dies nō cretici. tertia est intercadēs. q̄rta
est indicatiua: q: medie pme septimane fm
phisicū. q̄nta ꝓprie intercadens. sexta nō est
ꝓprie cretica. septima proprie ē cretica. octa
ua nō est cretica: q: pncipiū secunde septima
ne fm phisicū nona dies est intercadēs. decia
nō est cretica. vndecima est indicatiua: q: est
media secūde septimane fm phisicū. duode
cima nullo modo est cretica. deciatertia inter
cadēs. deciaq̄rta ꝓpe cretica q: finis secūde
septimane ꝛ pncipiū tertie. deciaq̄nta ē inter
cadēs. deciasexta nullo modo ē cretica. decia
septia indicatiua vigesime. deciaoctaua nul
lomodo ē cretica. decianona ē intercadēs. vi
gesima ꝓpe cretica ꝛ finis tertie septimane
fm māsionē phicoꝝ. ꝛ sic vlterius vsqꝫ ad. 30.
Redeūdo ad ꝓpositū nota ꝙ penes. 8. angu
los supradictos sumit fm aliq̄s aspectꝰ octi
lis q: cōprehēdit octauā partē zodiaci q̄ aspe
ctus nō valet nisi phisicꝭ. ꝛ inter hos angulos
notant pūcta media alia videlꝫ octo. ꝛ sic ha
bent. 16. latera ipiꝰ circuli signoꝝ: ꝛ penes illa
pūcta intmedia phici sūpserūt dies intcadē
tes. Hanc aūt materiā crisū phici solū sciunt
scia q: ē nō ꝓpt q̄d q: solū sciūt lōgeua expe
riētia edocti: q: viderunt sp sic ꝛ vniformit in
effectu ꝯtingere. Sed vt crisis habeat ꝑ viā
experimēti oportꝫ tria scire. Primū vt sciatur
pncipiū egritudinis. s. manifesta lesio opatio
nuꝫ ꝛ decubitꝰ. Secūdū ꝙ error nō intcadat
scꝫ ꝙ medicꝰ sit sapiēs patiēs obediēs mini
stri diligētes extrīseca ad velle īfirmi. Tertiū
ꝙ si fuerit ꝑ tres dies cui illoꝝ debet attribui.
Et ad h̄ sciēdū septē req̄runt: videlꝫ vt sciant
natura egritudis: natura diei: pncipiū circuitꝰ
pncipiū rei: ꝯsūptio: ꝛ tps duratōis. Vn̄ pnci
piū circuitꝰ appellat cū dolores ꝛ vigilie inci
piūt intēdi. pncipiū rei vocat cū materia eua
cuatur per sudorē vel ꝑ consimilia. ꝛ consum
ptio appellat cū materia manifeste euacua
ta est. Astrologi vero ꝛ Ptholomeꝰ in verbo

allegato sciūt scia ꝓpter quid scʒ per causas Et nota: ꝙ bene notato pncipio egritudinis cōsiderato gradu sub quo tūc est luna: computādi sunt ꝓ die ꝛ hora cretica. 9. gra. pcise q2 tunc f. t crib. ꝛ cōputandi sunt. 45. gra. pro die ꝛ hora iudicatiua pcise: ꝛ sic suo modo vide de intercadētibus. ¶ Sed peteret aliquis vtrū'ne illa regula sit generalis. rndet ꝙ nō impedientibus duab' de causis. prima nā posito ꝙ in eadē hora ꝛ minuto duo incipiāt eadē specie egritudinis. verbi grā calida ꝛ sicca de natura videlʒ martis egrotari: ꝛ vn' illoꝝ duoꝝ sit iuuenis alter senex iuuenis mori pōt ꝛ senex euadere ratione obtēperatiōis cōplexiōis etatiue ipsius senis ꝑ naturā ꝛ cōplexionē ipsius martis. Scđa causa nā posito casu nūc recitato si mars in natiuitate vni' illoꝝ fuerit dñs ascñ aut al's magis dñi i natiuitate ei' ille fortasse euadet altero moriēn. q2 vt supra dictum ē mali iuuāt suos: sʒ q2 illi duo casus raro eueniūt: ideo super' dicta sic generaliter sunt posita pro doctrina. ¶ Sciēdum circa illam partē circuli que tāgit de planetis influētibus sup infirmitates febrales et sup alias quascūqʒ similiū manerierū: ꝛ ꝙ h est duplex consideratio. prima est de motu tēpoꝝ ꝛ de planeta celi mēsurāte breuitatē vel ꝓlixitatē īfirmitatis ꝛ ē certa ꝓdus natiuitatis: vt exēpli grā exemplificatū fuit super' in isto caplo de mensura tempoꝝ motus lune mēsurantis tēpus infirmitatuʒ acutarū ꝛ solis mēsurātis tēpus īfirmitatū chronicarū. i. ꝓlixarum sicut est quartana q2 oēs egritudines curabiles cōiter mensurātur mēsura motus solis. Scđa ꝯsideratio est de minera ꝛ de humore peccāte et illam minerā sil'r et humorem regit aliqs septeʒ planetarū vt verbi grā minere qrtane humorē peccātem regit saturnus effuneran regit mercuri' synochū ꝛ synocham regit iupiter. Febres aūt ternas ꝛ alias quascūqʒ rōne colere corpori inexistētes regit mars: ethicam regit sol. Illis itaqʒ planetis fortificatis in celo nō debet inchoari cura nec debet eligi tēpus dominationis ipsoꝝ aut tēpus inchoationis cure aut ꝑparationis medicine: ꝛ de hac materia scʒ de debilitatōe planetarū eligenda in curis superius est mentio facta.

Argumentū sexti capli quarte differētie.

¶ Sextū capitulū ē de flebothomia' sm cursum ꝛ ordinē dierū lunationis et sm aspect' lune ad planetas ꝛ ad tēpora anni: ꝛ ad dispositionem aeris ꝛ personarum.

In flebotomia

triplex radix est attendēda: scʒ infima media ꝛ suprema. Infima ē ꝑsona flebothomāda. attēdendū est igit' iuxtalē radicē ad ꝯplexionē ꝑsone etatē ei' ꝛ habitudinē ipsius: quoad ꝑmū cōplexioni sanguinee ꝓprissime cōuenit flebothomia: post hec colerice: post hec flegmatice: ꝛ vltimo melancolice. est eñ flebothomia euacuatio masse sanguinarie sui quātitate aut qualitate tēperiē nature excedēte. quo ad scđm nimis iuuenes nec nimis antiqui nō sunt flebothomādi nisi in casu desperato: sicut auēzoar filium suū duoꝝ annoꝝ (al's de vita desperans) flebothomauit qui vt sic euasit. Quo ad tertium extenuati nō sunt flebothomādi. Media radix est aeris dispositio que vocari pōt media eo ꝙ in quocūqʒ ordine ē repire extrema simplicia in illo ordine repietur medium cōstitutum ex vtrisqʒ extremis. primo de sensu: sʒ in ordine nature ē reperire extrema dantia tm̄ virtutē influxibilē flebothomie cōuenientem cuiusmodi sunt corpora celestia: ꝛ est reperire recipiētia tm̄ eadē cuiusmodi est corp' humanū ꝛ tale mediuʒ est aer recipiens a celis dispositiones celi flebothomales iam exprimendas dans ꝙ et imprimēs easdē corpori humano quare ꝛc. ¶ Que aūt ꝓhibent flebothomiā quoad illam radicē sunt vētus nebulosus obscurus meridionalis ꝛ vētus occidētalis ꝛ aer calidus ꝛ aer sicc' aer pluuiosus frigidus ꝛ humid' aer fetidus aer pestilētialis. Indicātia sunt vētus borealis: vētus orientalis. aer tēperatus. aer aromatic' scʒ ꝑ artem factus. ¶ Quoad radicē superiorē cuiusmodi est corpus celeste ꝙplurima sunt aīaduertenda: quoꝝ quedaʒ sola experientia a qbusdā phisicis antiqs puta ex caldeis exorta sunt ꝓsecuta: nō tñ aliqua astroca. rōne nobis scita ꝛ stabilita: ꝛ sunt qdā dies vniuscuiusqʒ lunationis qui hic nec approbātur nec reprobātur: sed dūtaxat recitātur. ¶ Prima igit' dies lunationis alicui' ꝯpetens ipsi flebothomie sic se debet hr̄e vtputa ꝙ nō sit tpe nimis excessiue calido sicut in iulio ꝛ augustio ꝛ in

mis excessiue frigido sicut i corde hyemis: il la reddit psonam grauē si fiat nec est fiēda ni si cū periculo. Secūda dies lunatōis alicu' reddit psonam guttosam τ dolētem in iūctu ris nec est eligēda. Tertia ministrat dispōem membroꝝ quā cōseqtur in breui electio mala Quarta infert mortis timorē: τ satis subito fm illum planetam tūc dominātem. Quinta annihilat sanguinē modicū reddēdo extra τ turbādo sanguinē intra. Sexta die flebothomia nō est fiēda τ si fiat a mala electione reddit sanguinē quasi albū. Septima reddit personā debilē p nimio sudore τ inducet piculū infirmitatis. Octaua debilitat psonam quasi in oībus mēbris τ mutat appetitū comedendi. Nona īmutat colorem psone τ guttaꝫ disponit venientē infra annū. Decima inter cetera remouet ptātem comedendi: tū nō est eque mala sicut nona. Undecima ɔpetēs est iuueni indigēti tū mutat qnq; colorem per qt tuor dies. Duodecima bona ē nisi mali aspectus impediant τ meliorat appetitū comedēdi. Decimatertia ɔpetens est cui opus est: tū sine indigētia festina nō eligat. Decimaqrta grauat pectoralia τ facit psonā asmaticā pro cessu tēpoꝝ. Decimaqnta piculosa est q: inducit psonam ad longā infirmitatē vel ad scabiem. Decimasexta cōpetēs est cui opus est: tū nō eligat nisi ɔstellatio bona faceret aliūde. Decimaseptima facit sicut pcedens: τ cū hoc nisi essꝫ necessitas. Decimaoctaua apta ē maxime antiquis indigētib' τ colericis iuuenibus. Decimanona mala est τ grauat psonaꝫ per. 15. dies τ qnq; īducit incurabilē īfirmitatem. Uigesima grauat vt in plibus p. 40. dies τ si sint mali aspect' ledit ad mortem. Uigesimaprima bona est τ auget appetitū comedēdi cū digestione τ repat sanitatē. Uigesimasecūda melior est τ ꝙplurimū indigenti reparat sanitatē si psona sit capax. Uigesimatertia pstat sanitatē τ fortitudinem τ purgat sufficienter supfluos humores. Uigesimaqrta dat leuitatē τ leticiā et reddit corpus humanuꝫ delectabile τ tēperatum. Uigesimaqnta bona est in oībus maxie si fieret vespere p splene τ melācolia. Uigesimasexta ē bona oī hora τ p omni humore τ liberat a febrib' p longum tēpus. Uigesimaseptima mala est τ qnq; infert periculum mortis: τ in breui videtur effectus. Uigesimaoctaua licet nō multū laudat electio tū p fractur̄ τ verberib' pōt fieri operatio. Uigesimanona multipliciter aggrauat psonā. Trigesima peior est q: ppe ɔiūctionem solis retinētis fortitudinem lune: τ h dictum de trigesima bene fundatū est in rōne.

¶ Ista igitur vt supra tactū est p maiori pte habuerunt fundamentū a caldeis sup experientijs lōgo tpe a sapiētib' pbatis. procedēdo itaq; ad ea que se tenēt ex parte radiꝗ superioris approbata rōne astroꝶ. videndū est primo generaliter de tpibus anni primo vitādi sunt dies caniculares et anticaniculares τ tota influentia leonis tam ex parte solis ꝙ ex parte lune: euitet incisio vene a nonis mensis iulij cōputando a fine vsq; ad principiū kalēdarū septēbris: hoc est a. 7. die iulij vsq; ad. 15 augusti incisiue ppter influentiam solis leonis τ canis valide cōcurrentiū ad influētiaꝫ caloris excessiui: ver τ autūnus bonus. Rursus est videndum iux dictum ptho'. in centiloquio. verbo. 20. tangere membrū ferro luna existeñ. in signo illius mēbri verendū est: τ p pter h flebothomia nō laudat luna existente in geminis qñ fit i brachijs: τ sic de alijs signis dñantib' sup alijs mēbris corpoꝝ. ɔsiderandū ꝙ luna existēte in ariete flebothomia ē bona maxime p euacuatione colere ɔsideratis ɔditionib' generalib' supi' positis vtputa ꝙ luna nō esset in ariete cū saturno vel marte vl' ppe ɔiūctionē solis in ariete: quas ɔditiones pōt prudēs per se ex supradictis recolligere: nō tū tangat caput ferro. scdm verbū ptho'. allegatū. pōt bn tangi seu flebothomari vena capitis q est in brachio que vocat cephalica: videlicet luna existēte in ariete: nec etiā tunc capiti vētose cū scarificatione sunt apponende qbus ventosꝭ vtimur aliquotiens loco flebothomie. Est eñ vētosa vicari' flebothomie vt ait arnald' de villanoua in suis simplicib': luna existēte in tauro τ geminis pter brachia in leone τ in scdā pte libre τ in scorpione mala est flebothomia. nō tū tantum est nociua in scorpione ꝙtū in tauro vel leone: q: scorpi' ē dom' martꝭ. sit mala est flebothomia luna existēte in capricor. τ peior tū est in piscib': cōpetens aūt est in cancro in virgine in prima pte libre in sagittario τ in aqrio: pter ista dicta cōsiderandi sunt planete q habēt influentiā sup

q̃ttuor hūores corpori humani: vt verbi grā saturn⁹ habet influentiā sup humorē melācolicū iupiter sol ꝛ ven⁹ sup sanguinē: mars sup colerā: luna sup fleuma. vnde hi planete sūt debilitādi tpe flebothomie: ꝛ ne fiat flebothomia in horis eorūdē. vt exēpli grā si velis eligere tps flebothomie ad purgandū coleram nō sit hora mart̃: q2 mars auget fortitudinem colere in hora sua nec sit mars fort̃ in celo vt in ascēte vel in alijs āgulis: ſ3 in domib⁹ cadētibus vel ad min⁹ succedētibus vt debilitet̃ eius influētia ꝛ ne retineat supfluam virtutē hūoris purgādi in corpe humano: ꝛ sicut dicitur de colera fm̄ influentiā martis: ita dicēdū ē de alijs suo modo respectu alior̄ humorū ad suas planetas. oppositū aūt dr̄ de signis: vt verbi grā si velis euacuare melancoliā pone lunā in virgine in signo terreo: ꝛ si colerā pone lunā in ariete vel in sagittario: vel si velis euacuare sanguinē pone lunā in pma medietate libre vel in aq̃rio. attñ prima ps libre aptior est q̃ aquari⁹: q2 aquari⁹ est signū fixum: et sunt hec signa in succedētib⁹ qd̄ dicit̃ ppt̄ lunam que nō est bona ad flebothomandum in ascendēte nec in q̃rta domo. Respiciēde sunt etiā quadre lunationis ꝯpetentiores vt scd̄a ꝛ tertia q̃dre sunt ꝯpetētes vitando vnū diē ante oppositionē et vnū post. Et nota hic q̃ scd̄a quadra lunatōis vtilior est p iuuenibus ꝛ tertia pro seniorib⁹: q2 in scd̄a q̃dra sanguis est in augmēto et habet ꝯsimilitudinē cū iuuenib⁹. tertia cū antiquis nō tñ nimium antiquis. ¶ Uidendū est nūc de aspectib⁹: luna vacua cursu nō est bona: aspect⁹ quart⁹ lune ad solē est malus. oīs aspectus lune ad saturnū est malus ꝛ silr̄ ad martem preter q̃ trin⁹: duo dies añ ꝯiunctionē lune cum sole ꝛ duo post sunt mali. oppositiō lune cum sole est mala: sed peior est coniūctio lune cum sole. s. durante cōbustione lune: luna existēte in via cōbusta que est a. 19. gra. libre: ad. 3. scorpioñ. ē pessimū. bon⁹ aūt ē aspect⁹ omnis: ꝛ etiā coniūctio iouis ꝛ lune. silr̄ valet aspectus lune ad venerē q2 venus est planeta fortunat⁹ et silr̄ aspectus sextilis lune ꝛ aspectus trinus lune ad solem sunt valde boni. pter predicta indicantia bonitatem flebothomie sit luna et dñs ascendentis in signo arietis ambo fortunati in suis luminib⁹ nec dñs. 8. misceat̃ cum luna aut cum dño ascēdentis nec ipse sit in angulis. fortuna sit in medio celi aspiciēs lunam vel dñm asceñ. Nunq̃ sit luna in asceñ. mūdi. vnde asc̄ns mūdi est signū existēs in cōtactu orizontis mūdi omni hora qd̄ dr̄ asc̄ns mūdi ad dr̄iam asc̄n̄ natiuitat̄ hoīs vel alicuius figure celi spālis. Et sūt quedā indifferēter indicantia flebothomiā cuiusmodi sūt aspectus sextilis ꝛ trin⁹ ipsius lune ad mercuriū: sed q̃rt⁹ ꝛ opposit⁹ sunt mali. silr̄ter indifferē s est coniūctio lune cum capite draconis: sed ꝯiunctio ipsius cū cauda est mala: si cū ventosa operandū sit q̄ ē vicari⁹ flebothomie vt supradictū est sit luna post oppositionē in vltima medietate mensis sui aspiciens ad fortunas: cauendū est a cancro leone ꝛ capricorno: ꝛ maxime a via cōbusta: signa bicorporea nō timetur cū fuerit fortuna in eis ꝛ sit luna in prima medietate libre vel in scorpioñ preter tres primos grad⁹: et nō sit luna iūcta corporaliter mercurio. dñs medij celi sit fortuna ꝛ sit luna in signis aereis. Et q2 de mulieribus curandis nihil tactū est supra ꝯsiderand̄ q̃ sit luna aucta lumine ꝛ nūero fortunata a ioue vel a venere ꝛ nō sit in aliq̄ aspectu martis sitq̃ luna in signo fixo ꝛ potissime in tauro et ꝯnter in aquario: caue ne luna vl̄ dñs ascēdētis aspiciāt mēbrū vulnerandū. s. per qd̄ essent in signo respiciente membrum vulnerādum nec sit luna in finibus signorum q2 sunt termini malorum: nec sint illi duo significatores cadentes sed sit dominus ascendentis in celi medio: ꝛ hoc etiam valet in medicaminibus oculorum dūtamen sit bonus planeta: aptaq̃ planetam membri pariter et signum membri ꝛ pficiet patienti. ¶ Et p balneo sit luna in signis aqueis sine aspectu infortunato malorum: ꝛ si luna habet bonum aspectū ad martem prodest: aut sit in domo iouis: non sit autem in domo mercurij: et qui cito voluerit exire ponat lunam in signo mobili: nec intret quis balneum luna existente in signo calido et sicco nisi pro sanando humiditates superfluas vt de spasmo: de repletione aut paralisi: ꝛ tunc sit in domibus martis: et omnibus signis plus valet aries: leo autem semper euitetur: et tunc expedit: vt sit luna applicans soli aut marti de trino vel sextili aspectu Et hec de hoc capitulo.

Argumentū septimi capli qrte drie.

¶ Septimū capitulū de horis cōuenientib⁹ ad sumendū medicinas ɔfortatiuas ⁊ cordiales: ⁊ ad cōseruandū humidū radicale: ⁊ de arte ⁊ doctrina conficiendi ad hoc electuaria vina aquas ⁊ quedā alia requisita.

Hore conuenientes medicinis cordialib⁹ ⁊ ɔfortatiuis sūt hore vel mēsura tpis i q boni planete habēt influentiā ⁊ dñium. Vñ qnq3 sunt boni planete: iupiter sol: ven⁹. mercuri⁹ ⁊ luna. q̄ boni dicūt: q2 īfluētia eo2 cōit bona est. si igitur velis sumere vel alicui ministrare medicinā ɔfortatiuā sit hec in hora aliquo2 illo2. s. dicto2. Et vt clarius pateat dat exemplū de ioue: eligatur hora iouis qui iupiter omni die naturaliter ad min⁹ habet influentiā hore ⁊ in die iouis quat hoc est p ordinē iupiter habet influētiam hore ppe quā influētiam: p tunc nō hʒ saturn⁹ nec aliquis alio2ū planetarū: ⁊ cū hora iouis eligat q iupiter sit in bono situ celi: ⁊ cū his aduertende sunt alie bone cōditiones figure celi superi⁹ enarrate: ⁊ sub tali influētia ministret medicina cordialis vt virt⁹ celi iuuet virtutē inferiorem ⁊ ppende q si medicina esset de auro: vt puta potabili vel folijs auri vel folijs arboris lauri: vtputa si fieret aqua p distillationeʒ de illis folijs teneris lauri: q2 sol sup illa arbore hʒ influētiam sub ppria ɔstellatōe facta vtputa luna existēte in ariete vel leone ⁊ nō ē ɔdictio superio2 de leone: q2 leo est domus solis: ⁊ hʒ īfluentiā sup illa arbore. ⁊ isto mō de floribus rorismarini: ⁊ est bonū facere. similr. seu quōlibet cōponere medicias ɔfortatiuas sub influētijs bono2 planetarū: ⁊ melius quidē est q aptetur influētia fm exigentiam ipsius effect⁹ medicine ɔfortatiue. verbi gr̄a si ɔfortare velis caput: apta arietē sitq3 luna ibidē iūcta fortune si sit possibile: ⁊ sit luna ab infortunijs libera: ⁊ si velis cōfortare co2 apta solē pariter ⁊ leonē: ⁊ sic de alijs suo modo velut nūc explicatū est de capite: ⁊ caue ne planeta quē recipis p effectu ɔfortationis sit retrogradus aut aliter impedit⁹: ⁊ est ordo iter ipsos in valore iupiter venus sol mediū: mercurius ⁊ luna tenēt extrema: nisi in hoc q cōfortādo co2 principali⁹ debem⁹ attēdere solē. Et scias q oēs arbores odorifere silr ⁊ herbe odorifere rgūt ab īfluētia aliq2 isto2. s. plāetarū ⁊ potissime iouis solis vel veneris. Notāde sunt in p̄senti caplo aliq medicine cordiales tam simplices q̄ cōposite. vnde simplices calide sunt he. ambra acetosa acetositas citri agrimonia ambo/been ⁊ sunt velocis iuuamēti basilicō betonia croc⁹ cyminuʒ cortex citri cynamomū cubebe calamentum cardamomuʒ carpobalsamū calam⁹ aromaticus doronici romani enula cāpana: et est mirabilis: foliuʒ indū folia citri gariofili et sunt mirabiles galanga melissa musc⁹ macis nux muscata ozi^m gariofilatum rosmarinus sausuc⁹. i. maiorana spica nardi seta ppria. i. sericum crudum saturegia saluia: semē acetose semē mellisse semen citri mirabolāi emblici xiloaloes crudū zedoarium. ¶ Et simplices frigide sūt he alauda scʒ caput ⁊ caro ei⁹ acetum optimi vini blacta bizancia corall⁹ cacabre camphora coriandrū siccū ⁊ humidū lutū sigillatū margarita lactuca nenufar os de corde cerui poma acetosa marina rosa spodiū sandali viola.

¶ Medicine vero cordiales temperate vel que ppīme sunt equalitati simplices sunt aurum topasius smaragd⁹ saphirus iacint⁹ robinus argentum purum buglossa borago. p̄dicte medicine simplices faciūt co2 gaudere repellūtq3 melancoliā totum corpus serenāt quocūq3 modo approximētur siue per odorē siue per ɔfectionem siue per potū siue per epithimata aut alio mō excogitabili: q2 aromatice fere oēs sunt. ⁊ nō potest aliqs meli⁹ eligere in egritudinib⁹ q̄ co2 confortare ⁊ ei cuʒ istis medicamib⁹ succurrere: maxie melācolicis pestilētiq aut venenati seu cardiaci ⁊ his q̄ fastidiosi sunt. co2 eīn est corporis principiuʒ ⁊ aīe sedes omniū archa virtutum ⁊ spirituuʒ generato2. Cōfortāt generaliter totū corpus medicine que bonū sanguinē generant ⁊ que ipsum a superfluitatib⁹ mūdant ⁊ eum clarificant ⁊ que adiuuāt sp̄us ⁊ mēbra. Medicine igit que ɔfortant alleuiādo ⁊ sanguinē ab humorib⁹ mundando sunt iste. sene cassia fistula cuscuta folium sticados bruscus pencedanū anisum oēs mirabolani. ⁊ sunt mirabiles in isto casu buglossa borago aurum seruʒ caprinū fum⁹ terre apiū mastix ⁊ vinū aromaticū: omnia hec mundificant sanguinē ⁊ clarificant eum ac totum corpus ɔfortant. cum istis medicis cordialib⁹ nunq̄ desinat medic⁹

operari. virtus enim vitalis gaudet cordialib⁹ virtus aialis gaudet delectationib⁹ .s. sensibilibus et odoriferis bonis pulchris coloribus delectantib⁹ sonis armonijs amenis et saporibus delectabilibus. virtus vo naturalis gaudet calidis et hu̅idis: sed medicine co̅posite cordiales sunt electuaria aliq̄: vina q̄d: et siliter queda̅ aque. vn̄ electuaria calida sunt cordialia dyacameron dyambra leticia galieni diathos et dyamargariton. frigida sunt dyaboraginatu̅ dyabuglossatu̅ dyanemiferatu̅ zucc rosata zucc violacea et triasandeli: et e̅ quodda̅ electuariu̅ vite ab arnaldo de villanoua in libello suo de retardanda senectute descriptu̅ ex q̄nq̄ gn̄ib⁹ mirabolonor̄ in via co̅seruationis sanitatis et plongationis vite co̅positu̅ et est res pfecta et pbata: q: no̅ solu̅ co̅fortat: sz et supfluitates ex nutr iuneto pterito re̅ane̅tes purgat. et vsus eius caniciē retardat et ad decrepitu̅ puenire facit: stomacu̅ corroborat et vsus ei⁹ reddit colore̅ bonu̅ toti corpori: et e̅ descriptio eius hec. ℞. vuaru̅ passularu̅ mu̅datarū ab arrillis lib. 2. liquiricie mu̅date ac co̅tuse. ℥. i. pona̅tur ista in duab⁹ lib et ß. aque clare recentis et bene coqua̅tur et colent et exprima̅tur: et i colatura pona̅tur mirabolonor̄ ex ossib⁹ enucleator̄: et i mortario excussor̄ kebulor̄ citrinor̄ et indor̄ an̄. ℥. 2. emblicoru̅ et bellericor̄ an̄. ℥. 2. coqua̅tur, et exprima̅tur et cole̅tur. Et post addat zuccare albe. lib. i. Et cuz illa decoqua̅tur vsq̄ ad spissitudinez syrupi. Et in fine addat cynamomi electi. ℥. ß. gariofi galange an̄. ℥. 2. nucis muscate grosß. 2. maratri anisi. an̄. ℥. vnaz fiat electuariu̅: et ponatur in pixide ligni co̅petentis co̅plexioni vole̅tis vti eo vt pro splene in pixide ligni tamarisci: vel fraxini aut iunipi pro fleumaticis: et sic de singulis. In ipso electuario sunt principaliu̅ membror̄ medicine. s. cordis: capitis: stomachi: epatis: splenis et generatiuor̄. Et est primo calidu̅: postea humidu̅: post frigidu̅: et vltimo siccu̅. Est etiam co̅fectio queda̅ eiusde̅ doctoris. In eod libello memoria̅ corroborans: cuius descriptio est. ℞. piperis longi cimini an̄. ptes. 2. gariofi ptem. i. zucari ad quantitate̅ omniu̅. Co̅sequeter itaq̄ dice̅du̅ e̅ de vinis eiusde̅ arnaldi de villanoua de quoda̅ suo tractatu i titulato de vinis artificialib⁹ extractis. Inter que vina vnu̅ est co̅tra humores adustos pro colericis et macris adducens leticiaz

Et descriptio ei⁹ e̅. ℞. Radicis buglosse mu̅date. lib. i. rosaru̅ violaru̅ flor̄ boraginis: et buglosse. an̄. lib. ß. been. albi. et rubei. an̄. ℥. i. co̅cassent et pona̅tur in sacculo: qui saccul⁹ ponat in vase mundo continente tres sarcinatas boni vini nouiter expressi albioris et purioris q̄d inueniri possit: et q̄ medietas cum dictis specieb⁹ bulliat. Et sic alia medietas per se et bene dispumet: et tunc excolet et ponat in vase et de alio impleat donec recesserit feruor et bene clarificatu̅ fuerit: et post assiduet. Aliud vinu̅ eiusd arnaldi in eod. In musto nouo pona̅tur flores boraginis vsq̄ ad pfecta̅ depuratio̅ne̅ vel aliter q̄ in bono vino d dyaboragine siue de co̅sua eius dissoluat et vsui reseruet. Aliud eiusde̅ in eodem q̄d est ad p̄seruandu̅ co̅plexione̅ et iuuentutem. ℞. cubebe. gariofi nucis muscate. passule. an̄. ℥. tres positi in sacculo bullia̅t i boni vini. lib. ℥. vsq̄ du̅ redeat ad lib. 2. addat zucari q̄d sufficit: et sumat sero et mane. ℥. i. vel plus aut minus sicut oportet. Iste etiam potus valde p̄fortat: et p̄sertim co̅ualescentes ab egritudinib⁹ frigidis: et multu̅ consumit humiditates fleumaticas supfluas in occultis ptib⁹ corpis late̅tes. Est quoq̄ pluis quida̅ descriptus ab eod arnaldo in eode̅. co̅seruans oi̅a me̅bra principalia: cui⁹ aggregatio hec est. ℞. zinziberi albi mu̅di. ℥. ß. cardamomi dronici. an̄. ℥. 2. cinamomi electi. ℥. i. croci. ℥. ß. coriandi pparati. ℥. 10. zucari ad velle fiat puluis. Comestio in sup passularu̅ enucleataru̅. ℥. 2. in ieiuno proficit. ad viam iuuenesce̅tie eo q̄ digestione̅ efficiant meliore̅ et minorat ex eis fleuma. Conforta̅t epar: et ipingua̅t ipsum q̄m amici sunt stomachi et epatis et generant sanguine̅ copiosiore̅: et spissiorez: et cu̅ sumu̅tur post cibu̅. habilitant et humectant ve̅trem. Sequu̅tur alia vina arnaldi in predicto suo tractatu descripta. vinu̅ buglossatu̅ vale̅s mela̅colicis sic fit. ℞. Radices buglosse mu̅date vt decet sine lotione: ponantur in vino electo quousq̄ sapore̅ eius sumat et assiduet Aliud vinu̅ distillet zinziberi et cinamomu̅ co̅tra palisim: et co̅tra omne̅ frigida̅ co̅plexione̅: vel passione̅. Aliud est vinu̅ auri. Extingatur lamia auri. 50. vicib⁹ in vino electissimo claro et post dimittat clarescere et diligent colet et seruet. Eaq̄ vina pariter et medicine ex arnaldo sumpte posite sunt hic ad aliqualr̄ introductione̅ medicinaru̅ cordialiu̅ ipsum po

tius insequendo eo quod ipse cunctis phisicis sui temporis cuius scripta communiter habemus. fuerat vir magis illuminatus et elegantioris ingenii. volens igitur plures et cordiales et notabiles medicinas scire ad tractatus per ipsum compositos recurrat. Circa doctrinam conficiendi aquas solennes: ad quas recurrendum est quando eger a phisicis derelictus medicinis communibus sanitati nequit restitui cuiusmodi sunt iste. Aqua celidonie et aqua sanguinis humani: que describuntur in tractatu quinte essentie fratris Iohannis de rupecissa multum eleganter licet non commode ad usum pauperum. ideo ad moderandum expensas pariter et temporis prolixitatem. practicatus est alter modus de facto satis familiaris faciendi aquam celidonie: et est iste. colligatur tempore sereno et proprie circa finem mensis maii herba celidonie tota cum radice que herba multum similis est complexioni humane. Emittit enim de radicibus humiditatem sanguini similem: et de herba humiditatem similem lacti ob hoc potest dici celidonia quasi celi donum. Est enim isti herbe celi virtus mirabilis donata ad humane complexionis conservationem et incommodorum humane nature evitationem pariter: et etiam ad egritudinum humano corpori accidentium curam. Flores etiam habet aurei coloris: que herba tota sine lotione mundetur. videlicet radendo solum superficiem ipsius radicis ut a superfluitatibus terreis emundetur. folia etiam si que corrupta sint penitus resecentur. Et sit herbe quantitas ad placitum. sed tamen capacitatem vasorum factioni ipsius aque subservientium: que quantitas ponderetur: quo pondere habito capiatur. 60ª. pars salis communis preparati ad hominum medicinas: que preparatio sic fit. ℞. Salis communis quantitatem placitam et pone in vase terreo: et superasperge aliquantulum aque: ut aliqualiter madefiat: et pone in loco frigido et humido: et tunc dissolvatur in aquam. Postea distilla per filtrum inscisum in una parte. Ita ut sint. 3. aut 4^or. partes acute procedentes a parte non inscisa filtri: aliquantulum magis ampla quam sit pars inscisa. Et vocantur lingue apud medicos: cuius pars inscisa pendeat extra vas illud in quo est sal dissolutum: et pars non scisa sit in ipso dissoluto: et inclinetur aliqualiter vas. Et sic elevabitur purus liquor et colabitur per filtrum. Colligatur igitur ille humor distillans: qui postea in vase terreo ponatur super fortem ignem quousque humiditatibus consumptis albescat et appareat materia congelata alba. hoc sale etiam potentes uti

debent in suis ferculis: et est multo fortius purius quam et sanius. Sal tamen burgondie satis vicinatur in puritate sali preparato ad medicinas hominum: sed non est adeo forte sicut marinum. Et hec pars. 60 salis preparati conteratur cum supradicta herba mundata in mortario mundo. et conterantur he due materie tam diu simul quousque sint quasi ad materiam aqueam redacte. Que materia ponatur in phiala vitrea satis forti impleta usque ad collum clauso orificio cum luto sapientie. ponatur in fimum equinum calidum sepeliendo eam penitus. Ita quod ex omni parte circumcirca vas tam subtus quam supra quam etiam ad latera fimus ille calidus circundet vas ad spissitudinem undique duorum pedum: et amoveantur lapides et baculi ne vas destruatur et immutetur fimus ad quattuor aut tres dies. teneatur attamen phiala cum manu si frigida sit aut multum tepidum. Stet itaque in illo fimo calido spacio. 60 dierum: quia in tanto tempore putrefactio exquisite completur. Et tunc celidonia quodammodo est ad materiam primam redacta. Postea hec materia putrefacta existens aliquantulum redolens facta celidonia prius existente. aliquantulum odoris in vase eneo. de firmiori materia facto ad modum magni alembici: et super illud vas ponatur cappa vitrea bene luto sapientie vasi eam connectenda. Et supponatur audacter ignis flamme ratione fortitudinis vasis: et fortasse post. 10. aut 12. horas: exibit aqua clara. que est elementum aque celidonie: que pauce est efficacie in corpore humano nisi quod bona est valde ipsis oculis. et dum videtur color distillantis liquoris immutari. in colorem videlicet olei olive magis tamen radiosum. Qui liquor est elementum aeris celidonie: tunc receptorium confestim immutetur. ignis quam fortificetur quousque appareat color distillantis liquoris rubeus qui est elementum ignis celidonie. Et tunc iterum immutetur receptorium igne quoque fortificato continuetur distillatio. iterum quod aliquid illius humoris possit distillari. Et dum nullus liquor amplius exierit remanet elementum terre in fundo vasis. Elementum aeris et ignis celidonie mirifici sunt iuvamenti in corpore humano. Multo tamen precellentius est elementum ignis: cuncta attamen fuerit de facto a nobis propter paucitatem elementi ignis Et fuit illud comptum tante virtutis: ut quod datum de facto tribus personis. omnino a phisicis derelictis in hora competenti astrologice ad quantitatem solius coclearis argenti: cum valde pauco aque ardentis fortasse una gutta ad acuendum: et ad viua-

ciora illa elementa reddendum. ille persone in valde breui tempore fortasse infra diem naturalem viribus nature resumptis reuiuisceret. Qui si hec elementa velis amplius purificare et virtuosa complexioni que humane similiora ac magis propicia multo reddere. hoc scias archanum quod est vnum de hijs que veteres socijs nolebant pandere caris. quod amplius nolo esse archanum: sicut nec extractionem elementorum a celidonia et alijs infra ponendis: ideo hec ponuntur ista. nam ministerio eorum corpori humano tam in conseruanda sanitate quam in morbis ab ipso fugandis multiformia accrescunt comoda. Recipe itaque elementum terre celidonie et pone in potto terreo de terra alba qua vtuntur aurifabri: et sit clausus firmissime cum luto sapientie. quod etiam circundet totum pottum ad spissitudinem vnius digiti: et pone in furno reuerberationis ad fortissimum ignem. quousque incinerescat et albescat. Et hoc forte fit in spacio trium dierum. In furno autem vitriariorum fieret in spacio vnius diei. Postea de hoc cinere prius puluerizato pone in alembico vitreo grosso: et imponatur materia ad altitudinem duorum aut forte trium digitorum: et superfunde elementum ignis aut aeris aut ambo simul commixta. et sit semper tertia pars alembici superius vacua et in omni distillatione et pone alembicum in vase terreo pleno cineribus cribratis et distilla: et habebis ipsa multo virtuosiora et nobiliora fortasse in duplo aut plus. Et quanto pluries distillaueris ea super eadem terra: tanto virtuosiora ipsa reddes. Et in illa distillatione rectificatur quicquid impuritatis contractum est per distillationem primam: propter naturam eris que mixtum sulphuris participat. hocque penitus et omnino consumitur. Qui si adhuc ampliori perfectione illum nobilem liquorem velis perficere: pone ipsum in vase circulationis in fimum equinum spacio dierum .60. ita quod tota pars que est vacua sit in aere extra fimum. Et aiaduerte quod cineres elementi terre super quos est facta distillatio elementorum aeris aut ignis aut amborum simul est mire virtutis in egritudinibus frigidis et humidis. Et sufficit quod sola .℥. vna misceatur vni lb. medicinarum valentium egritudinibus frigidis et humidis Cuiusmodi sunt ydropicis: paralisis: et sic de alijs. Simili modo extrahuntur quattuor elementa a sanguine humano. sed sit sanguis ille hominis bone complexionis reiectis superfluitatibus. s. fleumatica colerica melancolica: residente puro que sanguine prius ad solem aliqualiter desiccato. De folijs quoque lauri etiam elementa extrahantur: sed capiatur folia noua eiusdem anni tenera collecta in mayo vel in iunio tempore sereno. Scito tamen quod elementa sanguinis humani longe prestantiora sunt: quam elementa celidonie aut foliorum lauri. Aqua etiam florum rosismarini mire est virtutis. nam vt ait arnaldus de villanoua in de retardanda senectute flores rosismarini innouant vitam in modum aquile. Iuxta textum sacre scripture renouabitur vt aquile iuuentus tua. Et sic fit. colligantur flores rosismarini in fine maij tempore sereno: et bene mundentur et ponantur in amphora vitrea siue phiala vitrea. Et ponatur super illos flores aqua ardens. ponatur que illa amphora ad solem continuando temporibus claris. Et sic aqua ardens extrahet totam virtutem illorum florum: et est aqua illa coloris citrini. Qui si velis eam dealbare distilla ipsam per alembicum vitreum et erit vtilior plusquam ante.

¶ Hec autem predicte medicine cordiales posite sunt in hoc tractatu vt illis vtendo in debitis constellationibus incomoda plurima nature humane possint euitari. Non autem quis opinetur quod per vsum illarum cordialium medicinarum: quis valeat perpetuari. posuit enim deus ministerio corporum celestium terminos qui preteriri non poterunt: licet preter celorum influentiam per dei infinitam potentiam abbreuiari possint et prolongari. visum est enim de facto quod elementa aeris et ignis celidonie commixta efficaciam curationis non habuerunt in quarta persona cui offerebantur nam mors erat naturaliter illi persone proueniens cursu nature hinc motum celi vt videbatur. nam illa persona capiebatur omnino repentine a morbo et omnes virtutes corporis subito fuerunt defecte. Unde nota quod virtutibus vltimate defectis ille cordiales medicine non haberent operationis efficaciam Ut itaque natura medicinarum et celorum corporum virtus per infinitam et supernaturalem dei potentiam ad egri sanitatem recuperandam dirigatur et iuuetur nomen eius deuote inuocetur hoc modo humiliter aliquantulum antequam medicina propinetur corpori humano. Domine exaudi orationem etc. Oremus.

¶ Domine iesu christe qui es vera salus omnium domine tu es ille qui in bonitate et sapientia tua creasti bona valde: vnde domine tui gratia scio sine te nihil boni esse in seculo. Quare domine iesu christe maiestatem tuam suppliciter adoro: quia scio et firmiter credo nihil boni esse neque bonum absque tua bonitate: nec magnum absque tua magnitudine: nec durans absque tua duratione eternitatis: nec potens absque tua potentia: nec sapiens absque tua immensa sapientia: nec diligens sine tuo amore: nec virtuosum sine tua virtute: nec verum sine tua veritate: nec gloriosum sine tua gloria: nec iustum sine tua iusticia. Scio etiam domine quod tu mirabiliter hominem creasti sanum et ico

lumen: sed sua malitia seipm dānauit. ad in
firmitates quoqꝫ ꝛ miserias seipsum ꝓcliuē
effecit. Et mirabilius ipsum hoiem reforma-
sti redimēdo eum sanguine ꝓprio. Tu dñe q̄
tanta bona nobis fecisti: ꝛ dedisti medicinā
ad recuperandū sanitatem humanoꝝ corpo-
rū da benedictionē tuam isti medicine: vt oēs
virtutes quas in principio creationis rerum
posuisti in ea ad finē optatū perducātur: ꝛ in
corpore in quod itroierit pñs medicina sani
tatem mētis ꝛ corporis cōsequi mereatur: et
ad vitam ꝓficiat sempiternam: Per te dñe ie
su xp̄e fili dei qui cū patre ꝛ spiritu sancto vi
uis ꝛ regnas deus ꝑ oia scl'a scl'oꝝ Amen.

¶ Componātur igitur ꝛ ministrētur medici-
ne cordiales in debitis ꝯstellationibus supi-
us in hoc eodē capitulo explicatis vt virtus
ipsarū cordialiū medicinarū per influētiā ce-
li ꝓpitie augmētetur. Talis em̄ est ordo ife-
rioꝝ rerū ad superiora: vt per superiora cuius-
modi sunt celi generētur ꝛ regulētur. generē
tur quidē dicēte Aristo. 2°. phisico. Homo ge-
nerat hoiem ꝛ sol. regulentur ꝟo dicēte eodē
primo metha. Necesse est hunc mūdum esse
ꝯtiguū lationib' superioribus vt tota virtus
eius inde gubernet'. de quoꝝ corpoꝝ motu ꝛ
eoꝝ influētia est ip̄a astronomia exñs vna de
septē artibus liberalib' stabilita ꝑ rōnes sū-
me naturales partim positas a ptho°. in q̄drī
pertito: ꝛ alijs voluminib' eiusdē que rōnes
experientijs plerūqꝫ eiusd ptho'. ꝛ alioꝝ sa-
pientū in sciētia astro. ꝛ quottidianis merito
approbātur. ¶ Quis em̄ adeo demēs essꝫ ꝙ
celum creatū a deo bñdicto diceret exps vir-
tutis influxibilis ꝛ sic mortuū esse: multū hic
ipsi deo sūme pfecto effectum valde iperfe-
ctum attribueret. Quottidiane enim expe-
riētie hoc oino ꝯtrariaret' qua videtur ad ocu
lum mare ꝟm influētiam lune crescere ꝛ de-
crescere. nō etiā astrologꝭ ille dūtaxat cōtradi
ceret: sed ꝛ phis vt supra tactum est. pariter
ꝛ medicis cōsiderantibus penes motū lune
solis ꝛ aliarū stellarū dies creticos. dicit nā-
qꝫ ypocras medicoꝝ summ' primo pronosti-
coꝝ. est etiā quoddā celeste qd nō oportꝫ me-
dicum ignorare. ꝛ parte scd'a amphο. sub ca-
ne ꝛ ante canē moleste sunt farmatie. Igno
rātiam quoqꝫ suam cūctis sapiētibus q̄ ope-
ram huic sciētie dederunt is supferret. Ex q̄
bus colligitur hāc sciētiam veram esse ꝛ nō
supstitiosā: imo in ipsa ꝛ per ipsam artes sup
stitiose cuiusmodi sunt pyromātia geomāti-
ydromantia ꝛ aremātia. siliter ꝛ sphere p
gore penitus reprobātur: videlꝫ in q̄dripti
ptho'. ꝛ sique illarū aliquid veritatis aliq̄-
nēs pticipent. Hoc ab hac sciētia puta astro-
sibi accōmodāt ꝛ vsurpant. vnde habēt ipsā
astronomiā deturpare etiam vt ait dñs Johā
nes yspalen' eps patrie hispanie in ꝓlogo al
bumazaris. Cum dicim' planetā aliquē ma
lum futurū presignare nil aliud sentim': nisi
qꝛ sui creatoris mādato vt creature inseruien-
tes eius presciam imitando hoiem ipsuꝫ ma
lum nobis ostēdunt. ¶ Quare nullaten' dicē
dum est planetas homi vt malus sit vim ifer
re queadmodū nec dei presciam. culpādo em̄
planetarū significata. etiā ꝑ certo diuinā sta-
tim culpabūt ꝓuidentiam. nihil em̄ aliud pla
nete ꝙ qd deus preuiderit aut predestinaue-
rit significāt. ꝛ hui' elegantis sciētie in p̄senti
tractatu posite sunt doctrine pricipaliter cor
poris humani dispositiones cōcernētes. h ir
qꝫ in hoc tractatu qui dici pōt directoriū astro
logie phisicate dictatoqꝫ in cōuentu fratruꝫ
minoꝝ vienneñ. ciuitatis: per me fratrē Jo-
hānem ganiueti fratrem cōuentus predicti:
ad requestam atqꝫ instātiam magistri Hērici
amici in artib' ꝛ medicina magistri de bruxel
la in brabātia oriūdi ob amorē cognominis
cuius p̄sentē tractatum volui intitulare ami-
cum medicoꝝ huius presentis tractat' origi-
nale scribētis: ꝛ ad dictandū eūdem iuuātis
atqꝫ complētis. Anno fluen. dñi. 1431. mēse se
ptēbris. 28. die. 2. hora veneris in loco vt supra.

¶ Hec inq̄ tam astronomice ꝙ medicinal' sci
entie dicta sine preiudicio efficacioꝝ ꝛ melio
rū sint. dicta hui' tractat' siq̄ corrigenda sint
corrigātur ꝙꝙ recollectōe diligēti dictoꝝ ip-
soꝝ famosoꝝ doctoꝝ vtriusqꝫ scie breuiloq̄ sꝫ
iducta ad corporis hūani ꝯseruationē pariter ꝛ
morboꝝ ei' curā vt sic fragilis de se exñs hūa
na naturalis cōditio ꝑ artificialia adiutoria i
cūctipotētis dei ois scie rerūqꝫ oim ꝯditoris
laude ac in eiusd de beneficijs ei' sūma boni
tate eidē cōditioni hūane collat' regratiatōne
aliq̄diu valeat ꝯseruari cui in trinitate existē
ti. ꝑfecta pñs ꝛ filij ꝛ spūssancti: sit bñdictio
laus ꝛ glia ac grat' actio ꝑ ifinita scl'oꝝ scl'a. a.

¶ Tractatus magistri Johānis ganiueti or-
dinis fratrū minoꝝ q̄ itulat' amic' medicoꝝ.

Finis.

Celi enarrant

gloriā dei. Triplici via ⁊ modo mirabili. celi enarrāt gloriam dei Primo ex eoꝝ creatione ab immensa potentia. Secūdo ex eoꝝ cōseruatione ⁊ manutenētia ab eadē infinita sapiētia. Tertio ex eoꝝ multiplici operatōne virtuali eis collata a suprema ⁊ indepēdenti clemētia. Circa pͥmū celorum creatio pandit ⁊ enarrat gloriā dei: quia tanta ⁊ talis operatio q̄ est de nihilo ad esse ꝓductio: nō potuit fieri ab aliqua intelligentia cū ad hoc requirat̄ potētia infinita q̄ potētia repugnat intelligētie ⁊ angeloꝝ: ideo suo modo celi pādūt ⁊ enarrāt gloriā dei ex parte eorū creatōis. Circa secūdū celoꝝ manutenētia ⁊ eoꝝ ꝯseruatio q̄ imediate a deo pendet etiā enarrat declarat ⁊ manifestat gloriā dei: quia oīs creatura tam spūalis ꝙ corporalis ꝙtum est de se tendit ad nō esse: ⁊ ꝙto ꝑfectior tanto maiori indiget manuten̄. dei: sicut equus minori indiget manuten̄. ꝙ angelus q: angelus plures ꝑfectōnes hab; equo: ⁊ om̄e esse pret̄ pͥmū esse ꝙtū est de se tendit ad nō esse ideo celi ī manuten̄. tali tam mirabili enarrāt gloriā dei. Circa tertiū celi enarrāt gloriā dei ex eoꝝ operatiōe virtuali. vnde tot variatōes ⁊ tēpoꝝ mutatōes: frigora: calores: pluuie: ⁊ sterilitates: guerrarū abūdātia ⁊ pauca pax ⁊ iusticia ⁊ inter hoīes quādoq; infirmitates ⁊ pestes. ⁊ inter aīalia terre ⁊ volucres aeris ⁊ viuētia in aquis: talia de cōi cursu ꝑueniūt ex influētia celi qui enarrāt gloriā dei. ⁊ licȝ deꝰ aliter posset facere ⁊ faciat qundoq; tamen teste beato Augustino in libro de ciuitate dei. Sic deꝰ condidit res vt suis motibꝰ sinat eas pagere: agūt cause secūde ī ṽtute pͥme cause ⁊ operatōes earū quādo placet suspēdit pͥa causa cōcurrēs imediatiꝰ ad effectū cuiuslibȝ cause secūde ꝙ causa vniuersalis secunda. ⁊ de isto cōcursu causarū secūdarū aliqd scribetur de opatiōibꝰ celi sc̄dm scripta ꝑtholo. almansoris ⁊ alioꝝ sapiētū ꝓ tutiori regimīe hoīm. Circa qd̄ est notandū ꝙ influētia celorum nō operat̄ necessario in homibꝰ sed contingent. iuxta dictū Ptho. in cētiloquio. Iudicia q̄ tibi trado sunt int̄ necessariū ⁊ possibile. Celi habēt pͥncipiū creatiōis vt tactū ē ⁊ pͥncipiū alicuiꝰ rerum significatur per istud pͥncipiū in celis in pͥncipio signi arietis in q̄ signo sol exaltat̄ ⁊ saturnꝰ depͥmit̄: sol significat claritatē saturnꝰ tenebrositatē. item in cancro iupiter exaltat̄ mars depͥmit̄. iupit̄ significat iusticiā mars fraudulētiā. venꝰ significat cantū ⁊ leticiā. mercuriꝰ ꝑhiam ⁊ oēȝ artem ⁊ scientiā: ⁊ sic planete habēt suas generales operatōes cū signis ⁊ stellis cū quibus habēt conuenientiā per coniunctionē vel per aspectū seu per separationem.

¶ De natiuitatibꝰ pͥmū capitulū.

Fortune large

sunt ⁊ fideles. infortune sunt saturnus ⁊ mars: aspectꝰ planetarum boni sūt trinus ⁊ sextilis: mali quartꝰ et oppositꝰ nō ꝓdest aspectꝰ trinꝰ ⁊ sextilis infortunarū sicut nō obest quartꝰ ⁊ oppositꝰ fortunarū. Ex multis vite significatiōibꝰ in hyleg signat̄ longa vita ⁊ purus intellectꝰ maximꝰ quoq; vigor. Cum fuerit mercurius in radice natiuitatis in domo martis erit male suspitionis ⁊ festinus in suis negocijs. Cū fuerit mercuriꝰ in radice natiuitat̄ alicuiꝰ in domo saturni erit natꝰ magni intellectꝰ longeq; cogitationis sapiēs ⁊ ꝑhs. Nunq̄ erit paup cuiꝰ natiuitat̄ dn̄s fuerit iupiter. Quādocūq; ī ascen̄. fuerint infortune in natiuitate alicuius turpē notā in facie patiet̄. Non poterunt oculi euadere ab impedimēto graui in cuiꝰ natiuitate fuerint luminaria impedita. Nō amittet sensum in cuiꝰ natiuitate luna ierit ad mercuriū Cuiꝰ fortune prefuerint natiuitati erit natus largus ⁊ diligēdus si ꝑfuerint infortune erit abhorrēdꝰ. Et si fuerit saturnꝰ erit sordidus: si mars erit fetidus. In cuiuscūq; natiuitate fuerint infortune in octaua domo celi mala morte morit̄: si aūt ibi fuerint fortune in suo lecto morit̄. Nō ꝯgregabit pecuniā nec thesaurizabit nisi ille cuiꝰ dn̄s ascen̄. ⁊ dn̄s q̄rte domꝰ fuerit idē planeta: sicut nō lucrabit̄ pecuniā magnā nec viuet splendide cuiꝰ planeta ecōuerso se habebit. Non poterit esse inter duos dilectio nisi fuerint in radice natiuitatis luminaria cōmutata: ita vt sit vnū loco alterꝰ in natiuitate sui socij. Uenus illiꝰ signi in natiuitatibꝰ in quo ipa fuerit nato attribuet naturā: vt cum fuerit in leone dabit ei amorē: in thauro cantus in scorpione coitus. Mū magnū impedimētū est rerū q̄ sūt in ptāte signi

f

in quo fuerit planeta cadens vel retrogradꝰ a malo esse solis. Signa significant corpora planete vero significāt ea que mouēt corpora: loca planetarū i circulo eorūq3 substātias ⁊ loca eoꝝ a sole significāt opus ⁊ destructionem. Cū fuerit mercuriꝰ in .10. domo nō impeditus natꝰ erit magnꝰ sapiēs magnusq3 pħs. Cū i radice natiuitatꝭ ipediꝭ luna cecideritq3 oēs dñi triplicitatū cū ileg mariēvo pīnꝰ dñs triplicitatꝭ ascēn. fueritq3 in aliquo angulorū fixoꝝ infortuna iudicabit nato vite paucitatē. Cū ceciderint oēs dñi triplicitatū fueritq3 in aliquo angulorꝝ vna stellarū fixarū exaltationis pme vel secūde que sit ex natura dñoꝝ triplicitatū perficietur nutritio ⁊ transibit eam. Cū dñs ascēn. ⁊ luna fuerint in ascēn. ⁊ due fortune similiꝭ aspexerint se adinuicē erit natus multū fortis ⁊ potēs nullusq3 pteribit eiꝰ mandatū. A gradu ascēn. sumūtur accidētia corporꝝ: a gradu vero partis fortune esse subē a gradu quoq3 lune esse corporis ⁊ aīe deprehenduntꝭ a gradu solis valitudines eius a regibus. a gradu aūt medij celi magisteria ⁊ eorū opa agnoscuntꝭ vnicuiq3 gradui dādo ānū. Fortunabiꝭ eritq3 boni esse ⁊ potēs ille cuiꝰ annus reuolutiōis similis fuerit radici natiuitatis si radix fuerit cōpetēs ⁊ cuiꝰ circulus celi in eadē similitudine fuerit in q̄ erat in ipso anno radicis. Impedimētū mercurij a saturno debꝫ impedire linguā quādo ē aspectꝰ: deterius aūt quādo corporaliꝭ coniungitur. Cū fuerit vnūquodq3 luminarū in corde gradus sue exaltatiōis ⁊ in suo dñio liberū ab infortunis erit natus rex potēs ⁊ magni noīs ⁊ semē ipius hereditabit terram obtinebitq3 eā multo tpe. Cū puenerit infortune ad locū puenientem nō nocebūt si nō fuerit eis significatio in radice natiuitatꝭ ⁊ similiꝭ fortune nō pderunt cū vero fuerit eis i radice significatio poterit esse. Maius infortuniū saturni ē cū fuerit in signis femininis: martis vo cū fuerit in signis masculinis. Pricipes quoꝝ negocia ita fuerit q̄ cito se vindicāt ⁊ pficiūt oē q̄d desiderāt sī quoꝝ ascēn. in pricipio regni vel natiuitatꝭ fuerit igneū ⁊ similiꝭ mediū celi vel alterū fuerit igneū ⁊ alterū aereū. Causa fortunij ac psperitatꝭ est vt sint dñs domꝰ solis ⁊ dñs domꝰ lune dñsq3 ascēn. oriētales ⁊ i angulis ⁊ aspiciant sese ex bonis locis. i. ex trino vel sextili aspectu. Multū potēs erit ille in cuiꝰ natiuitate sol fuerit in medio celi ⁊ in signo igneo ⁊ luna in trino eiꝰ aspectu in sinistro eiꝰ. In cuiuscūq3 natiuitate fuerit iupiter receptor fortitudinis oiꝫ planetarū ⁊ ipe cōmēdauerit eas ⁊ suā saturno fueritq3 receptꝰ ab eo ⁊ vterq3 oriētalis in angulo erit natus magni noīs ⁊ potēs ⁊ boni esse figet oīne nomē suū in orbe. Cū fuerint anguli ascēn. signa mobilia in natiuitate alicuiꝰ ⁊ due infortune in angulis misera erit oīs vita eiꝰ. In natiuitatibꝰ ⁊ q̄stionibus q̄n idē planeta est dñs ascēn. ⁊ dñs rei q̄uesite effectū absq3 dubio sortiꝭ vt si aries vel libra ascēdat: natꝰ erit causa sue mortꝭ nisi iupiter sit in .8. ⁊ si fuerit v̄go vel pisces ascēdens occupabiꝭ natus in regijs honoribꝰ ⁊ viuet absq3 grandi labore. Et si fuerit ascēn. capricor. erit natus causa cōseruatōis pecuniarum suarū: q2 idē est dñs ascēn. ⁊ domꝰ secunde que ē domꝰ substātie: ⁊ per hanc formā cōsidera in omībꝰ alijs cōsideraq3 naturā signi in quo erit mars vel saturnꝰ si sint dñi octaue domꝰ si sint impediti vel directi ⁊ fm hoc iudica de morte nati vel de eius operibus.

De bellis capitulum secūdum.

Undo ad bellū e sanꝰ vadit ⁊ reuertiꝭ: si sol iupiter caput draconis vel venꝰ fortunata sint in ascēn. aliter nō. si aūt saturnꝰ ibidē fuerit timet nimis ⁊ reperit causam reuertendi ⁊ nō pcutiꝭ. Et si ibi fuerit mars vel morietꝭ vel vulnerabiꝭ ad mortē si in ascēn. fuerint mars ⁊ saturnꝰ nō reuertetꝭ: ⁊ si mars ē ibi ⁊ dñs signi est in casu suo nō reuertetꝭ: ⁊ si nullꝰ est in ascē. respice .8. domū celi seu .10. si mali in .8. moriꝭ. si in .10. capiꝭ. In q̄stionibꝰ de bellis si dñs ascēn. est in oriēte vel boni planete q̄rens obtinebit. si mali in ascēdē. vel dñs ascē. in casu suo q̄rēs perdet. ascē. ⁊ .10. domꝰ. 11. 12. ⁊ 3. domꝰ celi ⁊ planete ibidē repti assignantꝭ aggredīēti. 7. domꝰ assignaꝭ pricipaliꝭ defendēti. 8. 9. 6. 5. ⁊ 4. ⁊ planete ibidē reperti. Malus in medio celi significat malū p querēte in angulo terre p defendēte si diu debeat stare bellū: si ascē. stabile sit diu stabit: si mobile parum stabit: si cōe mediocriꝭ. Si dñs ascē. ⁊ 7. questionis hora fuerint in .4. aspectu vel in opposito nō veniet ad pacē si in sextili vel trino aspectu possibilis ē tractatꝰ pacis ⁊ facilis

⁊ poterit tractari pax per homies qui sunt de conditione illius planete qui tunc habet do minium celi questionis hora. Si inter dñm ascēdē. ⁊ .7. nō sit aspect⁹ non erit bellū inter partes: ⁊ si sit aspect⁹ bonoꝝ planetarū venient ad pacē libere de ꝯsensu vtriusqꝫ partis ⁊ firmabit pax diu duratura. Si defēdētes habent victualia vel thesaurū. vide. 8. domū celi que ē 2ª a 7ª ⁊ est dom⁹ substātie ipoꝝ defēdentiū illa domus. 8. ⁊ planete q̄ in ea sunt ⁊ dñs ei⁹ tibi ostēdēt egestatē vel abūdātiā eorū. si sint ibi saturnus mars vel cauda egēt: si iupiter venus caput vel pars fortune abundant. ⁊ fm ꝙ plures sunt ibidē fort⁹ erit. et ita ꝯsidera de aggredieñ. in questionib⁹ de secunda domo q̄ ē dom⁹ substātie aggredientis. Si dñs ascēdē. nō impedit⁹ est in q̄rta domo vel habꝫ bonū aspectū cū dño q̄rte dom⁹ querens in fine finali victoriā obtinebit vel satis de honore ⁊ vtilitate. Si dñs. 7. est in q̄rta domo vel dñs. 4. est in. 7. bonū est ꝑ defendēte hoc ē vnū testimoniū satis forte in bellis ⁊ q̄relis ⁊ vtil⁹ ꝑ defendente vt sit dñs. 7. in. 4. nō impedit⁹ ⁊ hoc quo ad finē negocij. Non est bonū volēti bellare ꝙ faciat iter dño ascē. in. 8. dato ꝙ dñs ascen. esset in exaltatiōe sua Non ē sol bon⁹ in ascē. hora belli nec etiā cū dño ascē. aries vel leo ⁊ in ea parte in qua sol ⁊ luna fortunabunt erit victoria interrogantis Nihil prodest pl̄tanti cū fuerit dñs asce. infortuna ⁊ retrograd⁹ vel sub radijs solis: ꝙ si ita fuerit de dño. 7. defendēs vincetur ⁊ obtinebit in bello qui prius pugnare ceperit. Caue ne rex exeat ad preliādū dño ascēdē. eūte ad dñm. 7. Nullus debet expugnare ciuitatē cuius dñs ciuitatis fuerit dñs ascen. anni mūdi cū due infortune cōiungent ⁊ luna cōiunget saturno in latitudine eadē mutabunt reges ⁊ erit multa sanguinis effusio ⁊ prelia in loco qui significat ab ipo signo.

¶ De aggressu viarū capitulū tertiū.

Qui accesserit

ad reges vel ad principem ⁊ luna sit in aquario: nec recipietur nec aliquo modo curabit de eo rex si accesserit ad eū ⁊ ipa i piscib⁹ auertet faciem suā ab eo. Si quis postulauerit aliquid ab aliquo qḋ videatur fiendum rationabiliter capi. existente in medio celi cum ioue ⁊ luna eunte ad eum vel si separata ab eo fuerit ad dñm ascen. vel si dñs asceñ fuerit ad euꝫ non preteribit quin breuiter adipiscatur quesituꝫ vel partē quesiti. Venus significat madefactiones ⁊ pluuias sicut mercurius significat itinera parua ⁊ mutationes. Venus cum fuerit in primo gradu cancri in coniunctionibus luminarium vel in alijs magnas facit pluuias. Cum volueris alicui eligere ⁊ non poterit differre si luna sit impedita ad opus exequendum apta dñm ascenden. ⁊ dñm rei quesite. Non nocet mars in peregrinationibus terrarum. In itineribus signa fixa vituperantur: mobilia vero cōmendantur excepta fine libre Luna concordat soli cum fuerit aucta lumine ⁊ numero omnisqꝫ stella luminosa ei concordat. Cum recipit infortuna fortunā non impedit eam maxime autem cum non aspexit eam ex quarto vel opposito aspectu nec fuerit in eodem signo. Maximū est impedimentum planetaruꝫ cum fuerint in locis peregrinis in quibus non habent dignitatē. Cancri significatio est super aquas multū mobiles: scorpius vero super aquas currentes. piscium significatio est piscium. Omis res que festinanter fit ⁊ festinanter destruitur ⁊ que reuertitur est in significatione martis. Omne qḋ festinā ter fit ⁊ subito destruitur permanetqꝫ diu destructū est ex natura saturni ⁊ martis. In itinere terreo non sit mars in .9. quia significat latrones ⁊ peior est in secūda ⁊ quādo volueris intrare patriam seu villam fac vt domin⁹ secūde domus sit in loco fortunato ⁊ non sit in quarta domo nec in ascendente. Et caue quando exibis de loco tuo ne sit malus in .7. quia hoc significat malum futurum tibi in patria ad quam vadis. Et si fuerit in domo sui honoris aut in bono aspectu domini ascendētis modicum impedit si domin⁹ none fuerit in ascendente. faciet iter cum honore ⁊ vtilitate. ⁊ si domin⁹ ascendentis dederit vim domino none faciet iter ad vtilitatem bonam. ⁊ hoc de itineribus longinquis.

Aspice dominuꝫ tertie in itineribus propinquis quia ipse est significator viarum paruarum: ⁊ aspice lunam quando virtus magna inest ei et fortis est in itineribus.

Et nota ꝙ in omī re fortitudo dñi hore est sicut fortitudo dñi ascēdētis nisi sit impeditus ipe dñs hore. Significator nūcioꝝ ⁊ legatoꝝ est dñs q̄nte sicut significator viarū magnarū est dñs none. Hore martis ⁊ saturni male sūt in igressu ville. ⁊ hore bone ad h̄ sūt luminariū ⁊ alioꝝ planetarū. Caue in via ab impedimētis saturni q̄ sunt multa ⁊ int̄ cetera ne sit saturnus ascen̄. in p̄ma medietate pisciū q2 signat nauē submergi. Et caue in via aq̄ ascen̄. celi igneū q2. 8. que est dom⁹ mortis ē signum aqueū ⁊ ne sit planeta malus in tertia domo Si sit iter ad regē vel ad p̄ncipē pone solē in loco fortunato ⁊ fac vt ascendat aries vel leo aut scorpio: alia aūt signa nō sunt adeo bona ⁊ scorpio ē a latere bon⁹ denotās regnū: ⁊ caue ne sit dñs ascēden̄. cōbustus nec aliter impedit⁹ nec soli opposit⁹ nec in q̄rto aspectu, ⁊ ne luna sit ascen̄. Et si fuerit sol in die in domo sui honoris et similit̄ luna in nocte: tūc ē meli⁹ ⁊ vnus illoꝝ sit dñs hore. ⁊ si sol ⁊ luna aspiciant domū. 10. tanto meli⁹: ⁊ si dederit sol vel luna vim dño ascen̄. bonū est. Si volueris alicui eligere horā ⁊ partē mūdi que est ei vtilior scita natiuitate vel questione vide si fortune sunt ab ascen̄. ad mediū celi cōiuncte cum dño ascen̄. pars orientis est ei vtilior: ⁊ tanto melius si hora q̄stionis sit a p̄ncipio diei vsq; ad meridiē. si supradicte fortune sunt a septima domo vsq; ad quartā pars occidētalis est ei vtilior. ⁊ si questio fuerit facta a p̄ncipio noctis vsq; ad mediā noctē: tanto forti⁹. si predicte fortune fuerint a quarta domo vsq; ad p̄ncipium oriētis septētrionalis erit ei vtilior: ⁊ forti⁹ si questio fuerit facta ab hora medie noctis vsq; ad ortū solis: ⁊ meli⁹ si planeta hore illius fuerit fortuna ⁊ dñs ascen̄. fuerit fortune cōiunctus. Si questio fuerit de hoīe an cito reuerti debeat respice si fuerit dñs ascen̄. in. 10. aut in ascen̄. vel luna: aut dñs ascēdē. sit retrogradus in aliquo istoꝝ anguloꝝ cit⁹ veniet: ⁊ si in signo mobili prope est vt veniat ⁊ post cito in signo cōi: ⁊ si fuerit dñs ascen̄. directus ostēdit tarditatē: ⁊ similit̄ si dederit vim planete existen̄. in nona domo vl' tertia ⁊ si domin⁹ ascen̄. fuerit in septima dñs hore habet magnū posse quādo nō est impedit⁹ quoniam si fuerit in domo decia in signo mobili veniet cito ⁊ non moretur dieb⁹ sed horis. ⁊ postq; videris ꝙ veniet inspice quot sūt gradus int̄ illum planetā qui significat reditū ⁊ gradum ascenden̄. ⁊ da cuilib; gradui diem vel horam septimanā vel mensem s̄m ꝙ videbit̄. ⁊ luna habet magnū vigorē in tota questione tamē si fuerit in domo secūda sexta octaua vel duodecima non cures de ea si ascen̄. fuerit leo vel sagittari⁹ aut aquarius parū dubites lunā: ⁊ non est similit̄ de alijs signis ⁊ est ratio ꝓpter proportionē sue domus ad domos noīatas. Itē per aliā viā da dñm q̄nte domus nuncio ⁊ legato. querenti vero dictū dñm ascenden̄. ⁊ vide qualē applicationē habet dñs q̄nte cū dño ascēden̄. ⁊ s̄m hoc iudica. Si aliqua questio inseratur cum questione reuersionis vt de pecunijs reportādis vel de honore vide qualē applicationē habet dñs nūcij scil; dñs nūcij q̄nte dño substātie vel ad dñm honoris q̄ est dñs. 10. ⁊ s̄m hoc iudica: ⁊ si sit separatio dñi nūcij ab alio dño est factū bene vel male si sit applicatio in toto vel in parte s̄m fortitudinē significatoꝝ. Et nota i͞pedimēta vl' adiutoria significatoꝝ. alio modo de reuersione vide si questio sit hora lune ⁊ ipsa sit fortis in figura celi ipa erit significatrix reuersionis vie si habeat aspectū ad dñm q̄nte quādo perueniet ad radios dñi q̄nte vel ad locū in quo erit dominus q̄nte questionis hora. vel si ipsa luna aspiciat ascen̄. quādo perueniet ad locū ascēden̄. vel significatoris p̄ncipalis celi haben̄ potestatē super facto vie iudica reuersionē si figura ostendat reuersionē breuem.

De his que dirigunt astrologum capitulum quartum.

